


12271. V. E. g.

V





DIRECTORIUM CONFESSARIORUM

SINGVLIS PASTORIBVS,
ac animarum Curatoribus pro quovis
pœnitentium statu perutile

Authore

R. P. F. JOANNE CASPARO
Iuondam Mariæ - Valensi Capuc. Guar-
diano Herbipolensi, nec non SS. Theologiæ
Lectori, & Definitore.

Nunc Cum Privilegio Superiorum recusum

Et

D. D. CONSODALIBVS
Sacerdotalis Congregationis Sub Auspi-
ciis

JESV, MARIÆ, JOSEPHI,

Et

Protectione

S. MICHAELIS ARCHANGELI
In Superiori Carniola Monspurgi
Erectæ

In Strenam Anni 1698. datum.

LABACI, Ex Typographeo Mayriano 1697.



030051737



REVERENDISSIMI,
ILLUSTRISIMI, PERILLUSTRES, PRÆ-
NOBILES, ADMODUM REVERENDI, NO-
BILES, CETERIQ; OMNES SUB TITULO S.
MICHAELIS ARCHANGELI RR. DD.
Consodales

 Livarum Fasciculo jun-
gimus alterum ex ra-
cemis ab arbore boni,
& mali decerptis congestum, quia
non minus hunc, quam illum sub-
limi Vocationi Vestræ idoneum, hinc
vobis etiam gratissimum duximus
futurum DD. Consodales. Vos

DEDICATIO

quippe Constituti estis à DEO
super Sion montem Sanctum
ejus : *Vtique Ad dandam Sci-
entiam salutis plebi ejus in re-
missionem peccatorum eorum.*

*Psal. 2. Luc. 1. Ad vos dixit Do-
minus per Ezechiem Prophetam*

*c. 44. Populum meum doce-
bant, quid sit inter Sanctum,
& pollutum, & inter mundum,
& immundum ostendent eis,
& cum fuerit controversia, sta-
bunt in judicijs meis, & judica-
bunt. Arduo, & periculoso præ-
fecti estis judicio. Arduo, qui
magnam & exactam Scientiæ bo-
ni & mali à vobis exigit notitiam*

peri

DEDICATIO.

periculoſo, quia pro longæua populi vestri Æternitate ferenda eſſententia; in perennem vestrā perniciem, ſi ineptè pronuncietur, redundatura. Tametsi verò de diviti intelligentiæ vestræ apparaſtu minime dubitemus; quia tamen etiam inviti experimur, memoriā palladiæ ſupelleſtilis noſtræ theſaurariam adeò infidelem, ut ſepe non ſuggerat id, quod eidem ab intellectu ante unius horæ ſpatium fuerat concretum. Ideo vobis etiam didacticam hanc Theologiae moralis Synopſin præſentamus, quâ ſubinde per otium inspectâ fallacis memoriae defectum

DEDICATIO.

Juppleatis, & securius in sacer-
rimo pœnitentiae tribunali, quæ
soluenda sunt, solvere noveritis,
& quæ liganda, ligare sciatis.

DD. VV.

In JESU, MARIA, JOSEPHO,

Et

S. MICHAELE ARCHANGELO


Consodales Vestri

NN. Rector & Senatus Pra-
tictæ Congregationis.

Privilegium.

EGO infrascriptus Fr. Angelicus Tergestinus Ordinis Fratrum Minorum Capucinorum Minister Provincialis per Styriam, Carinthiam, & Carnioliam Hæreditibus Domini Josephi Thadæi Mayr Inclytæ Provinciæ Carnioliae Typograhi, per præsentes Facultatem concedo, Opus cui Titulus, *Directorium Confessariorum*, à R. P. Joanne Gasparo Mergentheimensi Concionatore Capuccino quondam SS. Theologiæ Lectore, ac Definitore compositum Typis edendi, Cum Jure Privilegij Cæfarei nostro Ordini clementissime concessi, quo omnibus Typographis & Bibliopolis sub gravi multâ cautum est, ne Libros à nostri Ordinis Patribus conscriptos impriment, recudant, aut alibi recusos intra S. Romanii Imperij, Regnumq; ac ditionum Hæreditiarum Domus Austriacæ fines adducant, vendant. vel distrahant absq; Superiorum prædicti Ordinis Facultate, In quorum Fidem hoc eis Testimonium manu suscriptum, Sigilloq; Officij mei roboratum dedi, Labaci 20. Novembris. 1697.

F. Angelicus Tergestinus
Minist. Provincialis,



APPROBATIO.

VT præsens Libellus, cui Titulus, DIRECTORIUM CONFESSARIORVM, à Theologis lectus, & quod nec fidei orthodoxæ, nec bonis moribus adversetur, census, reimprimi valeat, conceditur hisce facultas. Ex Officio Episcopali Labaci die 22. Novembris 1697.

Joannes Antonius Thalnisher de Thalberg SS.
Theolog. Doct. Proton.
Apost. nec non Celsil. &
Reverend. Princ. Episcopi Labacens. Vicarius
Generalis.



J E S U S ,

*Qui factus est pro peccatis
nostris propitiatio.*

*Lecturos replete benedictio-
ne & gratiâ.*

§. I.

*De Virtutibus Confessario ne-
cessariis.*



Portet I. Confessarium I.
ornet mentis , corporis-
que integritas , quam ut
obtineat , studeat necesse
est , ut nè peccato etiam
veniali deliberatè animam contami-
net ; & item , ut prævideat pericula ,
& se per efficacia media præmunit
contra illa , caveatque cum primis à
mulierum familiaritate inordinatâ.

A

Deinde

2 Directorium Confessariorum.

Deinde verò Deum semper, & tum suum, tum pœnitentis S. Angelum Custodem testes habere actionum, verborumque suorum conetur, eumque, seu eos revereatur devotissimè.

2. O portet 2. Ut sit mansuetus adeò, ut de eo pœnitens dicere queat : *Ecclesie Agnus Dei, qui tollit peccata mundi.* Exercebit autem mansuetudinem, patienter, & cum charitate supportando pœnitentium errores & vitia : Item patienter audiendo eosdem, nec urgendo, ut se expediant : Deinde verò benignè & commiseranter increpando oporteat. Nil porrò moretur, si de ipsis pœnitentes sinistrè loquantur, sed disimulet, & oret pro iis.

3. Humilis sit corde, seque ipsis pœnitentibus majorem, & Dei gratiâ indignorem judicet peccatorem : Semper quoq; diffidat sibi ; firmiter autem de Deo confidat, & de gratiâ vocantis suæ. Deponat item respectus & timores humanos, & à Deo solo Conatum suorum exspectet mercedem. Divinæ denique voluntati se totum re-

signans

signans, eventus quoſcunque magna cum animi ſui tranquillitate excipiat.

4. Charitatem habeat omnes dimensiones habentem, quæ ſit 1. Alta, ut ob motivum offensi Summi Boni Domini Dei in peccata exardeat. 2. Profunda, ut omni modo conetur peccatores extrahere ex perditionis abyfſo. 3. Lata, ad quoſvis, cujuſvis conditionis homines ſe extendens. 4. Longa, per constantiam in moleſtiis, & longanimitatem multam.

5. Iuſtitiam exerceat, dignis dando, & indignis negando abſolutionem, mendique pœnitentem, ut ad quæ iſtenetur, ſive Deo, ſive hominibus, fideliter præſtet.

6. Sit in ipſo orationis affiduitas, quâ & ſeſe ceu ſcuto muniat, & ſibimet ac pœnitentibus divina exoret auxilia. Mifericordiſſimam Dei Matrem refugium peccatorum & Patronam mitiſſimam cum primis devotissimè ſemper implorans, ſanctosque tutelares Angelos, & quos alios magis colit & amat ſuperos.

§. II.

De Potestate Confessarii.

7. I. **O** Portet potestatem ut habeat
Ordinis Confessarius. 2. Juris-
dictionis, quæ est in alium, ut subdi-
tum competentem sibi, vel ex vi pro-
prii officii, uti fit Papæ, Archiepisco-
po, Episcopo, Parocho, Archri-Pres-
bytero, Archidiacono, Prælato Religi-
onis, Vicario perpetuo Episcopi
Parochi: velex delegatione, uti ha-
bent ex Jure communi singuli Sacer-
dotes ad absolvendum quoslibet, sal-
tem si Parochus, seu si proprius Sacer-
dos absit, in articulo mortis.

8. Hic tamen probè advertant Religiosi ac
quod Religiosus absque approbatione
sui Superioris audiens confessionem
alterius Religiosi ejusdem Ordinis pec-
cat mortaliter. & graviter est punie-
dus, non obstante, quod confiterim
confessus fuerit venialia tantum, auri-
mortalia iam alijs ritè confessa. Insin-
per etiam Moniales, quidam Religio-
etiam

etiam venialia tantum, aut alias confessa peccata mortalia ex speciali lege, non possunt nisi suis deputatis Confessariis confiteri, licet saltem. Lux. Prælat. Dioaci Sgroi part. 7. c. 4. f. 866: & seq.

Advertant insuper Religiosi, quod graviter peccet Confessarius Regularis, ab Ordinario quidem loci approbatus, ast sine proprii Prælati ~~licentia~~ audiens confessiones Sæcularium: Utrumque autem probabile est, validas & invalidas esse ejusmodi Confessiones. Hoc certum, non posse uti gratiis & privilegiis suo Ordini concessis ad absolvendum à reservatis Papæ vel Episcopo, sed invalidè absolvere à reservatis, cum ad absolvendum ab illis à nomine acceperit potestatem.

Advertant item Confessarii quicunque, peccare, qui absolvit cum Jurisdictione dubia, nisi urgente necessitate, attamen debet pœnitenti tunc onus reimponi iterum confitendi habenti Jurisdictionem certam. Addenda etiam in absolutione conditio, si possum, seu

quantum possum. Resolvens autem ex probabili ratione dubium , etsi cum formidine, oppositi ; & item secundum probabilem sententiam judicatus habere jurisdictionem, licetè absolutè absolvunt , tum quia in his casibus præcicè & moraliter certi sunt : tum quia tunc, & cum communis errore est, Papa facultatem dat & jurisdictionem, propter publicam utilitatem.

II. Advertant quoq; Confessarii, quod Clemens X. Constitutione , quæ incipit : *Superno* : Anno 1670. declarârit Confessarios Regulares ab Episcopo ad Confessiones Sæcularium audiendas generaliter approbatos , non censer approbatos ad audiendas Confessiones Monialium sibi subditorum , sed egerit ad hoc approbatione speciali. Item approbatos pro Confessionibus Monialium unius Monasterii non posse audire Confessiones Monialium alterius Monasterii. Item deputatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones prima vice non posse expletâ deputatio ne in vim approbationis illius audiri

alià vice, sed toties ab Episcopo denuò approbari debere , quoties casus occurrit.

Advertant præterea , Regulares 12.
mel approbatos ab Episcopo posse in
eius Dioœcesi quovis anni tempore , et-
iam Paſchali , & quorumcunque etiam
infirmorum Confessiones audire abſ-
que Parochorum vel ipsius Episcopi
prærequisitâ licentiâ. NB. Debent
tamen Parochum infirmorum de tali
Confessione certiorem reddere , & hoc
posset illis ab Episcopo sub pœna su-
ſpensionis à facultate audiendi Confeſ-
ſiones præcipi , ſufficere tamen , ut cer-
tificatio ejusmodi fiat ſaltem per ſcrip-
turam apud ipsum infirmum relin-
quendam.

Oportet ulterius , ut Confessorius 13.
habeat etiam potestatem exercitii seu
uſū non impeditam ex aliquo caſu ,
v.g ob Excommunicationem , ſuspen-
ſionem , irregularitatem , vel ob defe-
ctum approbationis legitimæ.

§. III.

De Scientia Confessarii.

14. **O** Portet I. ut Confessarius sciat, quas personas, & à quibus peccatis absolvere possit, & item à quibus censuris.

2. In quantum dispensare aut commutare possit in jejuniis, votis, jura-
mentis, casibus matrimonialibus, ir-
regularitate, &c.

15. 3. Specialiter oportet, ut sciat tum casus reservatos ab Episcopo seu Ordinario; tum respectu omnium Subditorum in communi, tum respectu Clericorum singulatim, tum denique respectu Religiosorum, pro quibus sequentes tantum casus ex dispositione Clementis VIII. reservari possunt. 1. Ve-
neфicia, incantationes, fortilegia. 2. A-
postasia à Religione, sive dimislo, sive
retento habitu, modò extra septa Con-
ventūs aut Monasterii egressus fuerit.
3. Nocturna & furtiva egressio ex Mo-
nasterio. 4. Proprietas contra votum
pauper-

paupertatis, quæ sit peccatum mortale. 5. Juramentum falsum in Judicio Regulari seu legitimo. 6. Procuratio, auxilium sive consilium ad abortum faciendum, post fœtum animatum etiam effectu non consecuto. 7. Falsificatio manus aut sigilli Officialium Monasterii vel Conventūs. 8. Furtum de rebus Monasterii seu Conventūs, in quantitate, quæ sit peccatum mortale. 9. Laplus carnis voluntarius opere consummatus. 10. Occisio aut vulneratio seu gravis percussio cujusunque personæ. 11. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperio literarum à Superioribus ad inferiores, vel vicissim.

Hos tamen casus non omnes Religiorum Superiores reservarunt, licet potuissent & possent. Scire autem Confessarius debet, eos tantum incurri, cum prodeunt in actum externum, & sunt peccata mortalia, certa, non dubia, & eo modo commissa, quo per verba casum significantia expressum est. In dubio autem tum juris, tum facti

faeli casus non censetur reservatus, ac proinde potest quilibet Confessarius approbatus quemcunque absolvere: & etsi postea innotescat, casum fuisse verè reservatum, tunc non est amplius recurrentum ad Superiorem, quia reservatio jam est soluta, nec etiam absolutio data fuit sub conditione de futuro, si scilicet deinde constet de re. V.

Elig. f. 99. N. 24. Neque etiam redire reservatio potest sine nova culpa.

17. Probabilis est, nullos casus Religionum esse reservatos pro Novitiis; quia etsi ingressi sint Religionem, ne- dum tamen Professi aut Religiosi sunt; reservatio autem casum est tantum pro Religiosis: odia quippe restringenda sunt, & quia econtra favores sunt ampliandi, hinc gaudent Novitii Pri- vilegio Canonis, & sunt exempti à Jurisdictione Episcopi, & per omnia à peccatis & etiam à censuris sicut Pro- fessi absolvi possunt. Potest insuper Novitus à Sacerdote sæculari, appro- bato ab Episcopo absolvi, etiam à ca- gibus Episcopo reservatis, si ab his ab- solvendi

solvendi Sacerdos ille aliás habeat po-
testatem , & hoc etiam sine licentia
Prælatorum Ordinis , quia nondum est
Religiosus ; debet tamen à Religione
expelli , si sic confiteatur.

Certa & in praxi tenenda sententia 13.
est , posse Superiorum audire sola refe-
rata , & ab eis sacramentaliter absolve-
re , remittendo pro absolutione reli-
quorum ad inferiorem Sacerdotem ,
sed non absque magna necessitate , tali
scilicet , quæ esset æqualis aut similis
illi , propter quam etiam aliás liceret
pœnitenti dimidiare confessionem ,
quando scilicet deest Sacerdos , cui Su-
perior possit pœnitentem reservata ha-
bentem committere , & alioqui aliquid
est , quod pœnitentem obliget ad con-
fitemendum , & etiam aliquid obstet , quo
minus teneatur integre confiteri , sive
illud obstans sit , quod Superior gravi-
oribus occupetur , sive quod subditus
justas rationes habeat non integrè con-
fitemendi . Ratio dictorum est : quia in-
tegritas confessionis tam facienda
quam audiendæ est de jure divino po-
sitivo ,

sitivo , in quo dispensari non potest nisi ex hujusmodi , necessitatis causa ac proinde , si hæc desit , non potest abdimidiata tantum confessione audità Superior absolvere. Romæ autem in casibus Papa libus fortè absolvitur à reservatis tantum auditis propter annuam Excommunicationem Papæ retinendam servatam , quam constat afferri possidere non auditis omnibus peccatis. Porro dum in dictis casibus superior absolvitur à solis reservatis , verum conficitur Sacramentum , distinctum ab alio , quo postea confertur ab inferiore. Ratio quia ad sunt omnia requisita , estque etiam verum Sacramentum , et si superior absolveret absque sufficiente causa sic absolvendi , dummodo pœnitentia bona fide procederet , essetque dispositus V. Elig. V. casus refer. N. 20 & 21.

19. Oportet etiam , ut nōrit Confessarius casus Episcopo reservatos , qui sunt in variis Diœcesibus varii. In Dœce Bambergensi sunt 1. Enormis percussione parentum. 2. Ingressus in monasterio monia

monialium. 3. Injectio manuum in Clericos violenta. 4. Publicus concubinatus.

Pro Diœcesi Heripolensi sunt 1. injectio manuum violenta in parentes. 2. Homicidium voluntarium & mandatum ad illud : nee non abortus factus animati studiose procuratus effectus. 3. Stuprum violentum. 4. Crimen Incendiariorum. 5. Confessario complici adempta est Jurisdictio, ut a complices criminis carnalis opere consummati absolvere nequeat, excepto mortis periculo, & quando tunc alius Confessarius haberi nequit.

Porro casum Episcopo reservatum 20, habentem alterius Diœcesis absolvere potest Confessarius in loco suo, si in proprio Episcopatu à tali casu absolvendi habet potestatem. Id quod Narrantus probat ex consuetudine, quæ ampliare potest & dare jurisdictionem; Excipit tamen Clemens X. Constitutione superna An. 1670 & declarat nisi Confessarius noverit pœnitentem in fraudem Diœcesis propriæ suæ ad ali-

am , Confessarij scilicet Diœcesis , pro absolutione obtinenda se contulisse .

Episcopum vel Episcopalem authoritatem habentem à casu Papali reservato absolvere potest ab eodem delectus Confessarius , si ei se subjiciat , deputando ipsum cum eadem autoritate , quam ipse metu posset in suos subditos exercere , ac proinde etiam ab Hæresi occultà , quia etiam Episcopi ab illis suos absolvunt subditos . Idem dicendum de Prælatis Religiosorum simili potestatem habentibus : cum non sibi deterioris conditionis quam Subditi quicum possint absolvi ab Episcopo vel Prælato , cur non etiam Episcopus vel Prælatus à suo Confessario ?

21. Noverit tamen Confessarius , se à reservatis non facile indirectè debere absolvere , sed tunc tantum , quando auctor à Superioribus concessum est , aut necessitas gravis urget , monendo pœnitentem de obligatione & onere sustendi se . Nec tamen defunti Authores docentes , semper pœnitentem indirectè , & cum onere præsentandi ab solvi posse ab ejusmodi casibus ,

Advertat etiam Confessarius, ut dum petit facultatem absolvendi à reservatis, petat etiam facultatem absolvendi à censuris forte catui annexis.

Possunt etiam Confessarii Sæculares vi privilegiorum absolvere Clericum Simoniacum in Ordine & beneficio: quia Excommunicatio contra tales lata non est contenta in Bulla Cœnæ, uti advertit Portellus Tom. 2. Relp. mor. cap. 41. f. 364.

Imò apud Gobat. V. Confessarius 22, casuum retervatorum f. 636. Editione 3. Einsideliensi, quando Sacerdos iudicat non expedire saluti pœnitentis, si remittatur in casibus Episcopalibus ad Episcopum, potest illum absolvere, quamvis alio nullo privilegio sit munitus: nam eo casu censetur pœnitentis laborare justo impedimento, atque indeò Episcopus consentire per Epeickeiam ut absolvatur, vel nolle ut sit reservatum pro illo suum peccatum: Si quidem si quis excusat ab eundo Romam propter impedimentum corporale, quantò magis, si illud respiciat

animam? monet tamen Gobat, est opus magnâ discretione circa licitam praxin hujus doctrinæ.

In dubio, an Confessarius habeat jurisdictionem circa casus reservatos non potest absolvere, quia possessio stat pro peccato, quod constat esse reservatum. Si verò habeat Confessarius opinionem probabilem de sua Jurisdictione, potest absolvere, etiam si fort illa opinio in rei veritate non subsistat tunc enim Ecclesia Jurisdictionem supplet.

¶3. Norit iterum Confessarius, in articulo mortis Sacerdotem quemlibet quoslibet absolvere posse à peccatis censuris reservatis, ita tamen ut is qui in hoc articulo absolvitur ab Excommunicatione Papæ reservata adstringendus sit ad juramentum praetendandi se, si convalescat, illis, à quibus extra hunc articulum poterat absolviri id quod in aliis peccatis non habentibus Excommunicationem annexam non est necessarium. Quod si porr in eo mortis articulo adsit, qui ordinari

riā potestate vel ex privilegio absolve-
re potest à reservatis, præferendus hic
est aliis secundūm veriorem sententi-
am: quia tunc cessat extrema necessi-
tas, ratione cuius solius à quocunque
absolvi poterat pœnitens, ut proinde
tunc non quilibet alias Sacerdos à re-
servatis absolvendi potestate in ha-
beat.

Nosse etiam debet Confessarius po- 24.
tiores & magis usitatas Excommuni-
cationes, quæ sunt vel consuetæ in Bu-
lla Cœnæ Domini, vel extra eam refer-
vatae Episcopo, & has posteriores in ri-
tualibus Diœcesanis reperire est.

Ex reservatis in Bulla Cœnæ Domi-
ni facilius occurunt hæresis fautores,
receptores, hæreticorum defensores,
legentes libros. Item excommunicati-
o in eos lata, qui Personas Ecclesiasti-
cas ad suum tribunal trahunt, & de-
creta faciunt libertatem Ecclesiasti-
cam violentia. Item in eos, qui ju-
risdictiones, fructus & redditus Per-
sonarum Ecclesiasticarum invadunt,
aut alia onera ipsis, aut eorum bonis

imponunt. Et hic etiam bene notanda doctrina R. P. Ludovici Engel Ord. Benedicti, quam tradit in manuali Parochorum par. 2. c. 7. n. 26 inquiens dicendum videtur subditos habere justam ignorantiae causam, & consequenter non incurrere Censuras praedictæ Bullæ (Cœnæ) si in aliqua Diœcese non promulgantur : quia ergo non promulgatur in Episcopatibus seu Diœcessibus diversis, in illis ejusmodi ignorantibus ab incursu censorum illarum censendi sunt immunes.

25. Extra Bullam Cœnæ reservatae Pontifici usitatores Excommunicatione sunt latæ in percussores Clerici, in Religiosos habitum temerè dimitentes in Simoniacos reales circa Ordinem in Simoniacos confidentiales, in incendiarios publicè pro Excommunicatis denuntiatos, in committentes duelum ; in sepelientes hæreticum in loco sacro ; in Sacrilegos, qui non solum instringunt Ecclesias, Monasteria, hospitalia, sed etiam bonis spoliant ; in Religiosos administrantes Laicis Sacramenta

menta Baptismi, Matrimonii, Extræ
mæ Unctionis sine licentia Ordinarii
vel Parochi, vel sine Privilégio Summi
Pontificis : ingredientes Monasteria
Monialium sine licentia ; impedien-
tes & vexantes eos, qui volunt ingredi
Religionem, in Moniales Professas sine
gravicausa exeuntes ex Monasterio.

Ex non reservatis usitatiōres sunt
latæ in Religiosos habitum suum tem-
pore longo & temerè dimitentes ; in
contrahentes matrimonium in gradi-
bus prohibitis : in cogentes ad marri-
monium, aut fœminas in Monasteria :
in Sæculares Dominos prohibentes
subditis, ne Ecclesiis sua bona vendant,
aut ab illis emant, aut alia præstent o-
fficia ; in procurantes abortum fœtūs
animati.

Norit oportet Confessarius suspen- 26.
siones usitatiōres, latas in Parochos
jungentes sponlos alterius Parochiæ :
in occupantes bona Prælati defuncti,
in Religiosos introducentes fœminas
in Monasteria, in exercentes Sodomi-
am (quod tamen juxtra Filiucium

centiam declaratoriam requirit) item
in publicos concubinarios , ad quos si
militer declaratoria requiritur.

27. Irregularitates & interdicta quod at-
tinet , cum sit ratus interdictorum u-
sus , videantur casuum compendia di-
iis. De irregularitate , nosse debet im-
primis Confessarius , annè habeat pri-
uilegium dispensandi in irregularitati-
bus , hancque esse dispensandi formu-
lam: Dispenso tecum in irregularitate
quam vel quas , ob hanc vel illam cau-
sam incuristi. 2. Nosse item debet E-
normia cirmina , ut sunt adulterium
raptus , incestus , perjurium in Judicio
& quæ à Jure habent annexam infami-
am , si notoria & publica sint , irregu-
litatatem inducere.

28. Nosse insuper debet Confessarius ca-
sus & causas ab Excommunicatione ex-
culantes , qui sunt 1. Si peccatum non
sit mortale 2. Si adsit ignorantia non
crassa. 3. Si non recorderis censura
peccato annexæ. 4. Si peccatum non
prodiit in actum exteriorem. 5. Si
actus non sit plenè consummatus.

Si lex de censura non sit alicui legitimè promulgata, aut certe non acceptata.

Sciat se sine gravi causa non debere ^{29.} absolvere ab Excommunicatione extra Sacramentum Pœnitentiaz; debere etiam in absolutione servare modum in rituali, aut in Religione sua consuetum vel præscriptum. Debere denique prius procurare satisfactionem partis læsa; vel saltem juramentum de satisfactione præstanda, & de patendo mandatis Ecclesiæ, secundum quasdam Dioceses.

Noverit oportet, ad quem pro dispensatione in casibus matrimoniali. bus debeat recurrere: & quod in matrimonio defacto contracto, velmox contrahendo in facie Ecclesiæ cum impedimento dirimente occulto, quando separatio putatiorum conjugum, vel dilatio publicæ solemnitatis nuptialis fieri nequid abique gravi jactura famæ, scandalo, aut respective periculo incontinentiæ, nec est facilis recursus ad Summum Pontificem, dispensare possit Episcopus: Nec opus esse, ut ad sit bona fides:

fides in tali casu, saltē ex mente Hen
riq. & Moscos. apud Dian. P. 5. T.
14. Resp. 18. eō quod etiam Summu
Pontifex dispensem bona fide non re
quisitā.

31. Porrò ex eo solum capite, quod no
sit facilis recursus ad Summum Ponti
ficem, vel quod impedimentum Ma
trimonij sit occultum, dispensare Epi
scopum non posse, declaravit Pœn
tentiaria Apostolica deluper consultu
ex ore Innocentii XI.

Porrò impedimenta à recurso ad Pa
pā pro obtainenda absolutione à centur
sumo Pontifici reservata excusantia sō
lū. Periculum mortis. 2. Infirmitas lon
ga, et si non periculosa. 3. Paupertas
4. Ætas sive puerilis, sive juvenilis, s
ive senilis. 5. Sexus fœmineus. 6. Sub
iectio filii familias vel servi, qui sine
præjudicio patentum vel Dominorum
non possunt adire Papam. 7. Cura ani
marum, vel temporale Dominium,
quando suhditorum detrimentum se
queretur. 8. Debilitas corporis, ægris
tudo membrorum, cœcitas, claudic
catione.

catio. 9. Quodlibet prudentum judicio aestimatum impedimentum legitimum. Nec verò etiam, qui per se Papam adire nequit, per alium Papalem absolutionem procurare tenetur, nec obligatur ad adeundum Pontificis Nuntium.

Cùm Româ petenda est dispensatio, 32.
scire debet. 1. Omnes circumstantias calûs in litteris pro dispensatione bene esse exprimendas. 2. Si litteræ dispensationis afferantur à pœnitente, velmittantur ipsi Confessario, Confessarius à Superiore facultatem eas aperiendi petat, si ipsem facultatem non habeat, aut saltem alteri ad hunc finem idoneo aperiendas, & executioni mandandas offerat. 3. Si in Litteris dispensatoriis jubeatur de causa dispensationis inquirere, an subsistat, diligenter id faciat, si necdum aliàs rem perspectam habet; attamen hac in parte soli pœnitenti credendum est, nec testes requiruntur. 4. Pœnitentem in ipso Sacramento Pœnitentiæ (si ita requiratur in litteris, uti ordinariè contingit) absolutum

vat juxta isthanc formulam : Absolvo
te à peccatis tuis : & eadem authori-
tate dispenso tecum super impedimen-
to occulto N. ut de novo secrètè par-
expressionem mutui consensū , etiam
sine Parocho & testibus , validè cum
putatio conjugē tuo matrimonium
contrahere , atq; in eo postmodùm li-
citè permanere possis : ac in super pro-
les ex inito matrimonio tuo suscepas
legitimas declaro , in Nomine Patris
& Filii , & Spiritus Sancti , Amen.

5. Si jubeatur commutare votum
v.g. castitatis aut Religionis (per quod
quis antea à matrimonio aut debito
petendo arcebatur) in frequentiam Sa-
cramentalis confessionis v. g. quot
mensibus semel, bis peragendæ, aut in
alia pietatis opera , diligenter attendat
circumstantiam personæ & alias , ne
pœnitentem nimium gravet. Et qui-
dem Sotus putat præscribi posse opera
alias etiam debita : Ferdinandus de Ca-
stro censet , etiam bimestrem confes-
sionem sufficere propter adjunctam
particulam : quoties tibi videbitur :

quam tamen minus ponderosam judicem, cum attendendum sit Confessario, ut commutationem faciat congruam, nec etiam aliud Pontifex velit, aut velle possit. 6. Moneat quoque pœnitentem votum castitatis vel Religionis habentem, dispensationem quo ad hæc vota tantum dari in ordine ad hunc effectum, ut legitimum Matrimonium contrahere, & in eo licet debitum exigere & reddere possit, atque adeò, si extra conjugium exerceat actum luxuriae lethaliter peccaminosum, peccatum contra votum, ac proinde etiam in confessione circumstantiam voti necessariò explicare debere. Deinde verò, si conjugi supervivat, antiquo suo voto denuò obstrictum fore, nisi dispensatio denuò obtineatur, aut ab initio in perpetuum data fuerit.

Non det testimonium pœnitenti, cum hæc dispensatio tantum in foro conscientiæ ei serviat, pro quo nullum testimonium requiritur, unde nec ipsæ Litteræ dispensatoriæ tradendæ, sed lacerandæ vel comburendæ sunt, alio-

qui Excommunicationem majorem incurret.

33. Norit, quid faciendum in dispensatione ad petendum debitum conjugale, nempe 1. Quod hæc pœna incurritur, si conjunx unus cum consanguineo vel affine conjugis copulam exercevit. Item quando ante matrimonium voto Religionis vel Castitatis fuit obstrictus. 2. Quod econtra non incurritur hæc pœna, quando ignorantia malitia incestus excusat, aut quando conjunx per violentiam à consanguineo conjugis cognoscitur, aut quando periculum est, nè propter talem pœnam matrimonium alteri conjugi nimis onerosum efficiatur: aut quando timet conjux, nè si non petat, consors in cognitionem veniat sui criminis, & graviores inde oriuntur discordiae. Insuper hic bene attendendum est ad circumstantiam actus, ex quo talis pœna oritur.

34. Quod si opus non sit dispensatione, sed sine ea videatur conjux votum suum servare posse, aut pœnam non pendere.

tendi debitum subire , non facilis sit Confessarius in dispensando , nè lex Ecclesiastica suo fine privetur. Pœnitentem vero , quo cum dispensat , moneat , quod dispensatio in debiti petitione ob votum prius editum eatenus tantum illi serviat , ut vivente conju-
ge petere debitum possit , non autem , ut post mortem illius sine nova dispensatione contrahere possit aliud matrimoniū.

Circa votorum dispensationem sci- 35.
endum Confessario est. 1. **Quod ex**
justa causa Episcopi , aliiq; jurisdictionem
Episcopalem , aut speciale privi-
legium , habentes dispensare possint in
omnibus votis exceptis quinque soli
Papæ reservatis , quæ sunt perpetua
Castitatis , Religionis , peregrinationis
Romam , Compostellam , & ad terram
Sanctam. 2. In quibus casibus Papæ
reservatis dispensare queat Episcopus :
nempe cum vel valor voti est dubius ,
vel dubia voti reservatio : vel adiri ne-
quit Pontifex , & adest dispensandi ne-
cessitas : vel quando quoad modum

dispensandum est : v. g. ut quis possit
equo peregrinari , qui voverat ire pe-
destre , vel ut aliam Religionem distin-
ctam ab ea , quam voverat , ingredia-
tur : vel cum Pontifex casum ex refer-
vato in non reservatum commutavit

36. Insuper scire debet , quae vota , et si
reservatis similia , revera tamen non
sint reservata , ut 1. Votum castitatis
ad certum tempus. 2. Votum castita-
tis conjugalis , nisi id annexum sit Or-
dini militari. 3 Votum non petendi
debitum. 4. Votum non fornicandi.
5. Votum non nubendi. 6. Votum ca-
ordinis sacri suscipiendi. 7. Votum
stitatis promittendæ. 8. Votum ingre-
diendi Religionem strictiorem. 9. Vo-
tum metu justo extortum. 10. Votum
alternativum , cuius altera pars reser-
vata non est , v.g. Voveo aut Romam
ire , aut so. Florenos dare pauperibus ;
cum enim in simili casu sat sit alterut-
rum impleri , tale votum determinatè
non erit reservatum. 11. Votum , quo
conjuges conditionatè vovent conti-
nentiam , quodsi absolutè voveant ,
proba-

Probabilius est, votum fore reservatum.

Oportet etiam sciat, quæ sint justæ 37.
causæ dispensandi in votis ejusmodi,
scilicet 1. Deliberatio non sufficiens.
2. Ætas tenera. 3. Passio nimia in vo-
rente. 4. Periculum lapsūs. 5. Diffi-
cultas superveniens adimplendi.

Ulterius sciat, votum omnino ex- 38.
tingui. 1. Si tempus elabatur, intra
quod voti executio promissa sit. 2. Si
cesset causa finalis contrariè. 3. Si ma-
teria mutetur, v.g. ex possibili fiat im-
possibilis, vel impedimenta boni majoris.
4. Si impedimentum perpetuum su-
perveniat, materiamque voti talem
efficiat, ut prudenter præsumi possit,
voventis voluntatem se ad talem ma-
teriam non extendisse. 5. Per legiti-
mam irritationem, commutationem,
vel dispensationem.

Sed & voti valorem impediri sciat. 39.
1. Ex defectu ætatis nondum sufficien-
tis ad peccatum mortale. 2. Ex defectu
deliberationis plenæ. 3. Ob injustum
metum incussum ad votum extor-
quendum. 4. Ob errorem circa sub-

stantiam , aut causam finalem . 5. O^b
defectum legitimæ materiæ , ut si non
sit honesta , vel non de meliori bono .

40. Quoad commutationem votorum
scire debet . 1. Quod utilius & securius
sit mutare vota , quam dispensare
quia raro adest causa sufficiens ad di-
spenſandum . 2. Consultius est , non
tamen necessarium , ut vota realia in
realia , & personalia in personalia mu-
tentur . 3. Posunt vota mutari in ope-
ra alioquin à voente præstari solita ,
que ac eadam imponi possunt pro salu-
tari pœnitentia . 4. In commutatione
debet attendi operum valor & præ-
stantia secundum le , sed debet obliga-
tioni & debito pœnitentis commensu-
rari : alioquin enim votum perpetua
castitatis , aut cuiusvis peregrinationis
posset in unicum Sacrificium Missæ
commutari , cum vel unicum tale Do-
mino Deo acceptius sit , quam si Sacer-
dos offerens infinitos actus variorum
virtutum exercuisset .

41. 5. In commutatione etiam non sola
pœnitentis difficultas & obligatio in o-
peran-

perando, sed etiam operum valor in ordine ad gratiam causandam considerari debet. Sic una Confessio aut Communio hebdomadaria meritò credi potest coequari quotidiano Rosario per hebdomadem recitando. 6. Aequalitas attendenda in commutatione non debet esse mathematica, sed moralis tantum, & ad arbitrium boni viri, seclusa fraude & ignorantia.

Omnia vota non reservata, immo etiam alioquin reservata, attamen in aliquo defientia, uti sunt conditionalia, paenalia, & similia, possunt à Religiosis privilegiatis, vel Confessariis Jubilari commutari.

Item omnia vota in favorem tertii emissa, sed nondum acceptata ab iis possunt commutari in aequale, immo etiam acceptata; cum enim promissiones votorum non nisi Deo fiant directè, non potest tertius dici ea legitimè acceptare, utpote cui nil promissum est. Probabilius proinde est, posse à supradictis commutari. Quod ex eo confirmatur, quia sic vovens censendus

non est sibi met facultatem ademisse
commutatione voti omnibus licita
tendi.

44. Consultius est omnia vota commu-
tari in Sacramentorum frequentiam,
quia id est magis securum facile , salu-
tare ob SS. Sacramentorum præstanti-
am. Flagellatio aptè in jejunium , &
similem corporis afflictionem com-
mutatur.

45. Quando dilatio nil minuit de voto
nec multum interest , votum impleri
die destinato , facilius potest in aliud
tempus commutari , cum scilicet p-
rum aut nihil dematur de obsequio
divino.

46. Votum Jerosolymitanum , vel alte-
rius peregrinationis longioris potest
commutari , ita ut expensæ in eundo &
redeundo facienda (præter necessaria
ad viatum necessarium quotid.) dentur
pauperibus , vel locis piis , laborq; vigi-
liis , oratiōibus ac jejuniiis compensetur
Totidem dierum vel Confessionibus
vel Communionibus tot , quot prudens
Confessarius judicaverit ; v. g. Singulis
men-

mensibus faciendis, & septimanalibus
jejuniiis, ac tribus in hebdomada rosa-
niis; vel ut Confessio fiat decimo quin-
to quoquo die per tantum temporis,
quanto duratura fuisset peregrinatio.
Addi possunt & Eleemosynæ.

Vota Castitatis & Religionis absolu- 47.
ta, cùm propter excellentiam non pos-
sint propriè commutari, in eorum pro-
inde commutatione semper admiscen-
da est aliqua dispensatio. Sin verò ab-
soluta non sint, sed tantùm condition-
alia vel pœnalia, minorem compensa-
tionem exigunt: possent proinde in
coæquale, quod vel quasi coæquale,
commutari, votum assumendi Religi-
onem strictiorem commutari nequit in
aliam Religionem laxiorem, cùm laxi-
or minus bonum & Deo minus grata
sit; addenda ergo aut dispensatio ali-
qualis, aut alia quædam opera.

Vota non ineundi matrimonium 48.
Docti aliqui commutant in Confessio-
nem & Communionem menstruam
per biennium aut triennium, & novem
lacra. Quod cùm aliquibus minus pla-
ceat,

34 Directorium Confessariorum.

ceat, & insufficiens videatur, consuli-
tius erit, ut mutentur in aliquod opus
pium perpetuum: Quamvis etiam hoc
necessarium non sit, sed possit assignari
aliquantò plus operum diuturniori
tempore perficiendorum.

49. Votum Sacerdotii comutari potest
in recitationem quotidianam septem
Psalmorum Pœnitentialium cum Lita-
niis; vel in quotidianam recitationem
Officii B. V. Mariæ aut Rosarii integrum;
id est, Psalterii, aut in Confessionem &
Communionem decimo quinto quo-
quo die faciendam, & in procuratio-
nem celebrationis Missæ singulis men-
ibus, cum additione voti Castitatis,
quod si quis vovere nolit, ejus loco ju-
beatur jejunare omnibus sextis seriis.
Addatur etiam quid dispensationis, &
sic agetur securius.

50. Votum jejunandi singulis Sabbatis
potest commutari in Confessionem &
Communionem decimo quinto quo-
quo die per integrum annum, & in tria
sacra celebranda, vel in recitationem
Rosarii flexis genibus, & eleemosynam
modi-

modicam Sabbatis perpetuò faciendo, aut saltem alio die. Tamburinus vult, addendam esse Coronæ Christi Domini genuflexè recitationem, sed Spiritus S. docebit, quid factu opus. Votum porrò jejunandi in pane & aqua commutetur in recitationem integri Rosarii seu Psalterii, vel in Coronam Marianam genuflexè additâ vel verberatione, vel Eleemosynâ pro crumenæ facultate, vel in Confessionem & Communionem.

Confessio & Communio in actu m 52.
Contritionis, vel Amoris Dei & jejunium, additâ recitatione Coronæ B. V. M. Celebratio Missæ in recitationem Officii B. V. M. vel in Eleemosynam cum jejunio,

Quando prior Confessarius commu- 53.
tavit in rem minùs æqualem, quiescat posterior: quia vel prior secutus est sententiam probabilem (quò ad id licuit) docentium, id licetè fieri: vel penitiùs forte penetravit aliquam circumstantiam: vel Spiritus Sancti & Sancti Angeli Custodis instinctu sic disposuit.

Causa

§3. Causa voti in rem æqualem commutandi non necessario gravis esse debet: sufficit, si pœnitens suavius & liberius rem pro voto subrogatam executurus sit: Confessarius potrò non pertente pœnitente commutans, aut sine causa (sat autem causæ est pœnitentis petitio) leviter tantum peccat.

§. IV.

De Obligatione ad interrogandum.

§4. Secundùm quosdam non obligatur Confessarius interrogare, nisi quando omissione cederet in proximi detrimentum. Contrariam opinionem securiorem & probabiliorem tu tenet. Veruntamen Religiosi, Clerici, Studioſi altiorum facultatum, Docti, interrogandi non sunt, nisi ex ipsis circumstantiis oppositum merito colligatur. Rustici econtra & rudes, cùm non præsupponantur debitam potuisse adhibere diligentiam in præmittendo Examene,

me, examinentur, prout prudens Con-
fessarius oportere judicaverit.

Minus rudes, minusque docti, seu 55.
mediocres præsumi possunt pro posse te
examinasse, & si in plerisque addant
numerum & circumstantiam, potest si-
bi Confessarius persuadere, sufficien-
ter esse instructos etiam circa reliqua:
Secus si omnia promiscuè sine numero
aliisque circumstantiis proferant.

Præviè ad initium Confessionis alia 56.
plura; magis autem subinde necessaria
interrogari possunt pœnitentes, an sint
sibi concii de aliquo defectu in priori
Confessione commisso: & an illâ Con-
fessione satisfecerint suæ conscientiæ,
& quando ultimò sint confessi. Post
Confessionem autem ordinariè inter-
rogari possunt, an nil amplius consci-
entiam gravet, an doleant cum propo-
sito serio emendationis.

Habeat Confessarius in promptu va- 57.
rias quæstiones pro varietate statuum.
Conscribat sibi etiam quædam senten-
tias benigniores sibi & aliis, ac maximè
pro scrupulosis servituras. Sit etiam

cautus in inquirendo decircumstantiis,
nec nisi de necessario memorandis in-
quirat. Et quia probabilius aggravan-
tes tantum intra eandem speciem non
sunt necessariò exprimendæ ; omnes
autem contumeliæ , odia, hæreses, ju-
dicia temeraria , detractiones , super-
sticiones , & cætera ejusmodi ejusdem
speciei esse solent , non multum urge-
at pœnitentes ad ejusmodi circum-
stantias exprimendas.

- §8. De peccatis mortalibus inquirat de
numero , si eum pœnitens non expli-
cit. Quia tamen docti sciunt se obli-
gari ad addendum numerum , pruden-
ter cogitare potest , dum non addunt
numerum , non reputare pro peccatis
mortalibus narrata , saltem propter ali-
quam circumstantiam ex mortali pec-
catum veniale facientem. Qui nume-
rum exprimere nequeunt , saltem fre-
quentiam in diē , septimana , mense
dicant , satisque erit , si quis dum fuit
in statu malo & consuetudine inverte-
rita dicat tempus , quo fuit in tali statu.
- §9. Si longæ & generales Confessiones
fiant

fiant, maximè si per multos annos sa-
cralegè vitiæ sint, consultius est ut
pœnitentes necessariò interrogandi in-
terpellentur suaviter scilicet ex eis.
Item si communes Confessiones scrip-
to fiant, si verò ex memoria fiant, pru-
dentiores & honestiores viri facile in-
terpellandi non sunt. Notet autem sibi
Confessorius, si quæ interroganda oc-
currant, signis quibusdam, ut in fine
de iis scilicet queat. Rudiotes, sim-
pliores, omnes alioquin honestæ for-
minæ facilius interpellari possunt. So-
let etiam persæpè id necessarium esse,
frequenter autem, ast raro mortale
confitentes non facile interpellet.

Quod si pœnitens ipse petat, ne in-
terpelletur, Confessorius ei acquiescat,
sic enim sat indicat pœnitens, se dili-
gentiam sufficientem adhibuisse in e-
xaminanda conscientia; atque adeò
Confessorius, juxta probabilem mul-
torum sententiam, examinare non te-
netur, & ex altera parte timere debet,
ne si pœnitentis petitioni contravene-
rit, is graviter indignetur, & aversio-

nem à Confessario concipiat, imò omnino ad absolutionem indispositus efficiatur. Poterit etiam securè Confessorius sequi Auctores negantes obligationem interpellandi.

Modus interrogandi est, 1. Ut interrogetur parcè, abstinenti à non pertinentibus ad Confessionem, & non necessariis. 2. Discretè, ne scilicet queratur de iis à tali pœnitente committi non solitis, vel ex quibus peccare dicit pœnitens. Nec etiam inverecundè de inverecundis: aut ne nimis anxie de numero, si is prudenter aliunde possit colligi: maximè verò horrent personæ conjugatæ interrogari de vitiis carnis, & fœminæ honestiores de furto, mendacio, ebrietate. 3. Cautèrie doceantur modi peccandi, vel traducatur Confessorius, aut incurritur periculum, vel scandalum utrobiique, maximè in vitiis carnis: & præstat aliquid, Sacerdotem minus perfectè peccatum pœnitentis cognoscere, quās sibi vobilius inde scandalum caulare. Et si in hac materia negentur cogitationes,

nes, non opus est progredi ad opera, nisi forte apud rudiores, qui negant cogitationes & verba, sed interrogati faciuntur opera, eò quod cogitationes non sequentur & agnoscant.

Item si pœnitens neget peccatum, 63.
quod Confessarius ex alterius relatione,
vel Confessione habet, absolvere quidem eum debet Confessarius, utpote
qui tunc tam pro se quam contra se lo-
quenti credendum est; conari tamen
debet, ut variis interrogationibus fal-
tem remotè eliciat. Si negare pergit,
prudenter judicet Confessarius vel ob-
litum, vel alteri confessum, vel puta-
re, non esse peccatum, vel aliunde ex-
cusari. Si vero ex Confessione compli-
cis id habeat Confessarius, docent Au-
thores, querendum esse, an nihil præ-
terea habeat, quod conscientiam gra-
vet, & ad contritionem excitandum.

Interrogandum item tempestivè, ut 63.
ne importunè urgeatur ad responden-
dum, vel ad numerum assignandum,
vel se celerius expediendum, conce-
dendo ei spatiū ad miseras & scrupu-

los suos, quantum prudentia permit-
tendum dictari, explicandos.

64 Denique interrogandum mansuetè,
abstinendo ab omni verbo acerbiore,
increpatione, signis displicentiae vel
admirationis, donec Confessio ablo-
luta sit, utendo verbis blandis, cum
debita gravitate & plenis sancto amore

§. V.

De Judicii probabilis usus.

65. Si pœnitens doctus sit, & Authorem
celebrem solido fundamento ni-
xum, & à S. Sede Apostolica non re-
probatum pro se habeat, absolvatur;
est enim legitimè dispositus. Si indo-
ctus sit, & aliunde tantum habeat, ta-
kem v.g. contractum esse licitum, eru-
diat eum Confessarius, & si quidem
pro tali probabilitate non habeat suffi-
cientem Authorem, dicat ei, quòd in
hoc foro, juxta hanc sententiam pro-
cedere non possit; & securius acturus
sit deferendo illam sententiam.

Atten-

Attendant Confessarius ad illam ab
INNOCENTIO XI. Anno 1679. re-
probata mē sententiam, quæ sic sonat:
generatiō, dum probabilitate sive in-
trinsicā sive extrinsicā, quantumvis
tenui, modō à probabilitatis finibus
non exeat, (consiliū aliquid agimus,
semper prudenter agimus:) attendat,
dico, ne impingat indiscriminatim pro-
babilitates quasvis amplectendo.

Probabilis quācunque sententia u-
tendum non est 1. Quando usus beni-
gnæ opinionis foret noxius. Hinc non
potest Medicus probabile medium ap-
plicare relicto probabiliōri. 2. Cū be-
nignior sententia non potest sine detri-
mento tertii practicari. Hinc iudex
tenetur juxta merita causæ sententia-
re, nisi forte in casu, quo alteri parti
propter inopiam gravissimum dam-
num, alteri autem ob potentiam &
opulentiam levis momenti dñmnum
sequeretur. 3. Dum agitur de bono
publico, quod quia privato præferen-
dum, hinc Consiliarii Principum se-
cundūm probabiliorem debent con-

fulere. 4. Quando minus probabilis repugnat acceptae consuetudini ; tunc enim ibi loci non licet secundum hanc operari , quia de quibus . ff. de legibus id custoditi debet , quod moribus & consuetudine introductum est. 5. Dum de valore Sacramentorum agitur , nec adest causa impellens ad benigniorem sententiam in favorem proximi ; Nam Innocentius XI. hanc quoque reprobavit sententiam , & quidem primam omnium , quæ docet , quod non sit illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti , relicta tutiore , nisi id lex vetet , conventio , aut periculum gravis damni incurendi.

Circa hanc tamen reprobationem hujus sententiae advertendum est , Pampam non velle dicere , non licere , omnino & nullo in casu sequi opinionem probabilem de valore Sacramanti , relicta tutiore , sed tantum reprobare totum totaliter sumptum complexum hujus sententiae , quæ sic complexè sumpta reprobationem certè promeuit.

§. VI.

De instruendo pœnitente.

IN rigore non tenetur Confessarius pœnitentem tunc docere necessitate præcepti, sed sat est, si is sciat scienda necessitate medii; aut certè sufficit, ut Confessarius tunc illi proponat & explicet necessaria ex præcepto, ut is ea explicitè credat, quæ Dominus Deus revelavit esse credenda. Hæc autem bene morati & frequenter confiteri soliti scire supponuntur, uti & urbani & culti, ita ut raro, aut vix gravis negligentia in hoc occurrat. Rudes autem & pueros excusat à gravi negligentiae peccato saepe inculpabilis ignorantia. Confessarius item, si multitudo pœnitentium urgeat, non tenetur eos tunc in his instruere, sed absolvat & moneat, ut vel ad se alio tempore redeant instruendi, vel Parochum adeant, nisi fortè ignorent requisita ad Confessionem, & brevi adeo tempore satis erudiri nequeant, tunc enim, ut non

non satis dispositi sine absolutione di-
mitti debent.

69. Putantes ex ignorantia aliquid esse,
vel non esse grave peccatum, quod non
est tale, tenetur Confessarius de tali
errore instruere, cum nullum incom-
modum, multum autem commodio-
riatur. Cautè tamen agendum, ut ne
fortè inculpabiter errantem sine spera-
to fructu instruens, non se emendatu-
rit causa peccandi; talis enim instrui-
non deberet, et si ejus factum in dam-
num tertii cederet, modò non cedat
omnino in damnum communitatis,
eius bonum privato bono præferen-
dum est. In dubio an monitio pro-
futura sit nec ne, comparentur inter se
utilitas, quæ speratur, & damnum,
quod timetur, & præponderans præfe-
ratur. Gulpabiliter porro ignorans, aut
etiam interrogans, peccatumne subsit,
monendus est.

70. Ignaros circa modum confitendi,
seu circa ipsam Confessionem, dum
fermo est de actionibus peccato obno-
xiis, v. g. de numero, circumstantiis
speciem

speciem mutantibus , manifestatione complicis sine necessitate &c. monere & instruere debet Confessarius.

Hic tamen adverte , posse concedi ,
71.
Vel dissimulari , ut pœnitens aliorum enarret vitia solatii sui , aut auxilii petendi gratiæ , aut quia alias non posset explicare suum peccatum, aut ex causa iusta alteri nolit confiteri ; cūm etiam probabilis sententia sit, docens non esse peccatum , viro prudenti alterius vitiū proprii solatii gratiæ referre , tecto tamen , quoad id fieri potest , ejus Nominis. Nec vero etiam in similibus casibus complex potest esse rationabiliter invititus , quia tecum peccando prohibere non potuit , quin integrè confiteatis , & etiam ultrò se in tale discrimen conjectit patiendi , ut in Confessione sua pœnitens rem prout accidit , enarrare valeat vel debeat pro auxilio & salute suæ animæ.

Porrò ineptè tantum & multà superfluà garrulitate , vel minus decentibus verbis sua narrantes peccata potest Confessarius consulto pro opportunitate

tate monere, saltem indirecte, licet non teneatur. Ignaros item variarum obligationum monebit Confessarius si culpabiliter errent & ignorent: Si inculpabiliter ignorent, monere nolit nisi speretur fructus.

72. Advertens Confessarius pœnitentem non habere essentialiter requisitum dolorem de peccatis, tenetur eum ad dolorem disponere. Attendant etiam, quod quoad adultos præsupponere potest, eos cum legitimo dolore accedere; cum prudenter judicare nequeat, eos hanc obligationem aut non scire, aut non curare. Rudes autem & rusticanos potest interrogare, annè habent dolorem. Potest etiam, ubi consultum adverterit, variis subinde suis vibus & pie effectuosis circumlocutionibus, peccatorum exaggerationibus, ostensionibus periculorum, aliisve mediis quosdam instruere.

Signa vero, ex quibus prudenter colligi potest, pœnitentes, de quibus aliqui dubitare non nihil posset, dolere, sunt 1. Si dicant se dolere. 2. Si odium & hor-

& horrorem peccati ostendant aut plo-
rent. 3. Si pœnitentiam magni faciant
& desiderent. 4. Si peccata sincerè
confiteantur, & cum quadam amari-
tudine, & propositum suum illa vitan-
di explicent. 5. Si injurias sponte & li-
benter condonent. 6. Si desiderium
habeant etiam complices converten-
di, sique etiam sibi metuilescant & dis-
pliceant. 7. Si priùs deliberate omissa
peccata confiteantur. 8. Si mox pa-
trato peccato se doluisse dicant, & asse-
rant, se media hæc ac occasionem pec-
cata confitendi quæsivisse. Toties pro-
doluisse hoc, illud ve peccatum vitare,
dolere que, quod hactenus non vitave-
rint. 9. Si se per concionem, aut pri-
vatam monitionem ad confitendum
commotos esse asserant.

De pueris & puellis ordinariè præ. 73.
sumi nequit eos dolere, suntque à Con-
fessariis blandis & piis modis ad dolo-
rem excitandi & disponendi.

Sed & illi quoque, qui ob peccato- 74.
rum multidinem & lapsus frequentiam
dubium faciunt de doloris sufficientia,

blandè quidem, attamen ita pñdero
sis & blandè amaris rationibus dispe
nendi sunt, ut inde emoliantur, & tan
speratæ gratiæ dulcedine, quam timen
dæ pœnæ acerbitate ad verum dolo
rem, & peccatorum detestationem
concitentur.

§. VII.

Qualiter de restituzione alieni.

75. **E**T si non apud eos, quos novit su
is obligationis consciens, vellere que sa
tisfacere eidem, ordinariè tamen apud
plerisque consultius est, modestè de
obligatione restituendi monere. Juve
rit autem permultū nosse sententias
favorabiles pœnitenti, probatas ta
men. Nosse item certas regulas, qua
sunt 1. Nemo tenetur restituere, qui
non peccavit mortaliter contra justi
tiam. 2. Nulla est obligatio in foro con
scientiæ, ante Judicis sententiam,
compensandi damnum non prævisum
et si operam quis dederit rei illicitæ.

Non est obligatio restituendi, quando
dubium est, an sit restitutio facienda,
aut quando pœnitens in legem purè
pœnalem aut mixtam deliquit.

Juverit etiam nosse causas à restituti- 76.
one excusantes, quæ sunt:

*Sic capias usu, si cedas, si sponte re-
mittas*

*Debitor, aut illi sit compensatio
facta.*

*Debita si ignores, aut illi reddere
possis*

*Non sine iactura flatūs, famaq;
animaq;*

*Si justè quidquam lūsum, vel sorte
parâstis.*

A restitutione famæ excusaris.

*Si fama obtenta est, operum obli- 77.
vio crimen*

*Absulit, aut raptā à lœso tibi fama
vicissim est.*

*Si donet lœsus, vel condonare pute-
tur.*

*Reddere sīg potens non sis, vel non
sine danno*

*Majori, aut famam aliā si lœsus
eandem*

Perdidit ipse viā, nihil illi redderi debes.

Etsi porro probabilius sit peccāsse contra Charitatem mortaliter (quod notet Confessarius) qui ob crimen publicum infamem Viennæ , honoratum autem & honoratam conditionem habentem Pragæ , ubi nil de ejus criminis sciebatur , diffamavit Pragæ probabile tamen etiam est non peccāsse sic contra Charitatem . Ratio est quia alter per crimen illud abjecit famam suam publicam , & boni communis interest narrati & sciri publice ejusmodi facinora , ut singuli pro meritis vel honorentur , vel à delictis abstereantur . Ob quam eandem rationem etiam probabile est , te absque peccato in alio Conventu posse narrare , Titium Monachii fuisse in Conventu pro infami delicto punitum . Potius tamen suadeat Confessarius , ut penitens ab hujusmodi caveat diffamatione .

73. In casu intricato non statim extricabili vel mone penitentem , ut ad te rem

tem penitus penetraturum redeat: vel si hoc fieri nequit, mone, ut alium pi-
um & doctum consulat, & ejus deinde
consilium sequatur vel sententiam,
quod si is facere sponderit, potest
absolvit.

Dum probabile est sibi, pœnitentia- 79.
tem non obligari restituere, contrari-
um tamen probabilius videtur, non
debet quidem Confessarius pœnitentia-
tem obligare ad restitutionem, potest
tamen ei suadere viam tutiorem resti-
tutionis, maximè si pœnitens sat opu-
lentus, & alter sat indigus sit.

Dum tergiversatur pœnitens velle 80.
restituere, cum tamen possit, monea-
tur variis argumentis, & inducatur ad
restitutionem, qualia in promptu com-
parasse & habere debet Confessarius.

Si pœnitens per Confessarium resti- 81.
tuere velit, non facile acceptet hoc o-
nus, nisi fortè alia via non esset resti-
tuendi, sed tunc cautè agendum, &
servandi sigilli famæque habenda ratio.

Sciscitanti, an inventam pecuniis 82.
fattam crumenam, post debitam in-
quisi-
E 3

quisitionem nullo comparente Domi-
no, sibi servare possit pœnitens ? re-
spondeat Confessarius, probabile esse
posse servare sibi, eò quod ejusmodi
amissa censeantur esse nullius & ade-
spota ; securius tamen & in praxi ob-
servandum est, ut expendantur in pau-
peres & in causas pias ; posse tamen si-
bimet ut pauperi applicare invento-
rem ; Si verè etiam inops sit, nec fa-
ctus ditior quidquam tenetur restituere.

33. Sciscitanti item, num qui cervum
extra proprium cepit territorium, te-
neatur restituere territorii Domino ?
respondeat Confessarius non teneri,
quia alter non habet Jus ad animalia,
quæ Jure Gentium sunt communia,
sed habet tantum jus ad licetè capien-
dum ea, ac liberè in territorio suo, &
ad puniendum, si quem deprehende-
ret venantem in eo. Addi potest, nec
videri peccasse venialiter (et si contra-
rium valde sit probabile) cum passim
sciatur, alterum in alterius venationis
locum excurrere, videanturque Domi-
ni condonare hanc lassionem, contenti
multâ deprehensi.

Jussum

Jussum rem vendere uno floreno , 34.
qui tamen vendidit tribus , probabile
utrinque est, posse, & non posse sibi ser-
vare excessum , ceu fructum industriæ.

Posse famulos pro obsequiis , ad quæ 35.
non tenebantur , quæ tamen præstita
re animo mercedem assequendi , ex bo-
nis Domini aliquam compensationem
facere , si aliter obtinere nequeant , do-
cet Busenbaum cum aliis . At h̄ic cau-
tè attendendum ad declarationem In-
nocentii XI. quâ damnavit sententi-
am dicente m , famuli & famulæ dome-
sticæ possunt occulte hæris suis surripe-
re ad compensandam operam suam ,
quam majorem judicant salario , quod
recipiunt.

Sartores licetē retinere , juncta Sam. 36.
chez possunt aliquid de residuis exi-
guis fragmentis , si prævideant dimi-
nutionem promeritæ mercedis justæ.

Qui alienâ re aut instrumento quid
lucratus est , non tenetur lucrum illud 37.
restituere Domino rei vel instrumenti ,
quia non est fructus rei alienæ , sed suæ
industriæ.

88. Emitur licetē res plus valens viliori
pretio à venditore necessitate compul-
so ad sic vendendum , utpote qui eti-
am potuisset liberè omnino abjecere.
Peccabitur contra Charitatem , si ab
extrema necessitate compulso paupere
sic nimis viliter ematur. Milites in ex-
trema necessitate , vel saltem gravi
licetē quid accipiunt à locis , per quæ
transeunt , etiam in vitiis Dominis vel
hospitibus.

89. In praxi tenendum , fraudantem ve-
ctigalia peccare mortaliter , tenerique
restituere ; Nec tamen omnino impro-
babile est quod censeatur ad multam
tantum obligasse lex. Nec etiam ne-
ganda absolutio ei , qui fraudavit gabel-
las vel vectigalia imposita rebus , quæ
non emuntur ad negotiationem , sed ad
proprios usus familiæ , v. g. parcas car-
nes.

90. Scientem se teneri , & potentem re-
stituere in vita , at nolentem nisi in
morte , vel post eam , non absolvat Con-
fessarius , ni alionde excusetur : quia
semper est in actuali peccato. Rem ta-
men

men iniquè partam si non queat restituere, nisi plus expendat, quam res valeat, non tenetur restituere, sed potest pauperibus, vel piis causis erogare. Libuit hæc afferre hic, quia frequenter de his in Confessionibus occurrit Confessariis respondendi vel instruendi occasio.

§. VIII.

De Pœnitentia imponenda.

TENETUR CONFESSARIUS IMPOSERE PŒNITENTIAM; NON DIMITTAT AUTEM PŒNITENTEM IN ABSOLUTUM, QUI SALTEM VEL MINIMAM PŒNITENTIAM PRO PECCATIS GRAVISSIMIS ACCEPTARE VULT.

NON TENETUR AUTEM ULLAM, AUT SALTEM GRAVEM, & PECCATIS COMMENSURATAM PŒNITENTIAM ILLI IMPONERE, QUEM PRUDENTER JUDICAT, VEL JAM SATISFECISSE, VEL CERTE PAULO POST SATISFACTURUM, SIVE PER OPERA PROPRIA, SIVE PER INDULGENTIAS. NEC VERÒ ETIAM MEDICINALIS PŒNITENTIA IMPONENDA EST, SECUNDUM PROBABILEM

58 Directorium Confessorum.

babilem sententiam , quando obligatio ad satisfaciendum per pœnitentiam ablata est , quia accessorium sequitur principale.

Probabilius tamen videtur aliis , nihilominus medicinalem pœnitentiam in hoc calu adhuc imponendam , quia nil tollit obligationem medicinalem imponendi , nisi id afferat & relapsus & periculi remedium : ergo dum necdum possum est tale remedium , necessariò id ponendum est in casu , in quo judicatur necessarium medicinam applicari.

Advertatque pro semper Confessor , quod melius sit propter misericordiam quam propter severitatem dare rationem : & quod tutius est cum parva pœnitentia sponte suscepta , & verisimiliter implenda mittere confessos ad purgatorium , quam cum magna pœnitentia non implenda ad infernum.

92. Sed & efficacius est ad satisfacionem opus modicum in gratia & cum fervore peractum , quam plura tepide , & in statu peccati mortalis peracta . At qui

qui si multa & gravia imponantur, timendum est, ne diu differantur, tepide & in statu peccati peragantur, & sine fructu, ac proinde hoc in impositione pœnitentiæ cordi habendum cum prudentia.

Possunt insuper plura & gravia oriri 93. mala ex gravibus impositis pœnitentiis ob fragilitatem, incuriam, negligentiam & tepiditatem hominum: quia qui audet alia gravia, audet & injicias graves pœnitentias omittere. Exhortabit deinde etiam Confessiones, & absterrebit ab illis etiam alios, cumque, qui vehementer emungit nares, eliciat sanguinem. Prov. 30. 33. Consultius est, pœnitentias leviores cum bona discreione & prudentia imponere.

Ut autem rebus possit quam optimè 94. consulere, studeat Confessorius habere cognitionem certarum Indulgentiarum, quas communiter pœnitentes lucrari possunt, v. g. concessas confraternitatibus, congregationibus, locis, metalliis, imaginibus: eas autem Indulgentias ut quis obtineat, non est necessarium

cessarium, ut sciat, qualnam, & quod possit illas lucrari, sat est, ut prescripta peragat opera non necessariò debent esse libera & spontanea, sed sufficit etiam ex præcepto esse perficienda.

95. Speciales & maximè estimandæ sunt Indulgentiæ à Sixto V. concessæ per Bullam, quam de verbo ad verbum posuit R. P. Georg. Gobat de Indulg. c.
 21. omnibus SS. Nomen JESU vel Mariæ reverenter pronuntiantibus, ut scilicet pro qualibet vice lucentur 25 dierum Indulgentias, & quod recitantes Litanias B. V. M. toties, quoties 200. dierum Indulgentias lucentur. Quæ Indulgentiæ, cum de iis constet authenticè, omnibus commendandæ sunt, & in imponendis pœnitentiis valde salubriter adhiberi possunt, cum exhortatione, ut studeant pœnitentes priam consuetudinem facere, frequenter cum devotione SS. illa Nomina pronuntiandi.

96. Consuli item, aut imponi potest visitatio unius Ecclesiæ FF. Min. aut aliorum mendicantium quorundam, ut poterit

Pote per quam toties quoties obtineri
Potest 40. circiter annorum, & 50. die-
rum Indulgentiæ. Item potest imponi
auditio Concionis unius Concionato-
ris ex mendicantibus, cum intentione
lucrandi Indulgentias, quæ amplæ sunt.
Et generatim Confessarius lucraturo
Indulgentias plenarias pro pœnitentia
imponere consultissimè potest 3. vel 5.
Pater & Ave secundum mentem Papæ
dicenda pro iis lucrandis.

§. IX.

Qualis Pœnitentia imponenda.

Imponi possunt actus tam externi , .97
quam interni quarumcunque vir-
tutum , & opera tam publica , quam
occulta , si ita expedire videatur saluti
pœnitentis , & aliorum ædificationi.
Item opera tam libera, quam præcepta,
& non tantum ipsi pœnitenti , sed eti-
am defunctis applicanda.

Opera injungenda comprehendun .98
tur sub oratione , eleemosynâ , jejunio ;

- Oratio varios orationis modos , auditio
nem Missæ , frequentem iterationem
aliquius piæ sententiæ , varia suspiria
complectitur. Jejunium complectitur
varios modos abstinentiæ à cibis, potu-
lusu , saltatione , certo tempore omni-
nō vel ex parte. Alias item mortifica-
tiones personales , labores , molestias ,
dolores , morborum afflictiones Do-
mino Deo offerendas , continentiam
ab aliquo vitio per certum tempus , ve-
99. ab aliquo consortio. Eleemosyna com-
prehendit largitiones varias , opera cha-
ritatis , visitationes ægrorum , suffragia
pro defunctis , remissionem offendicu-
rum , instructionem rudium , solamen
captivorum , sepulturam mortuorum ,
cooperationem ad conversionem , em-
endationemque proximi .
100. Cùm in Authoribus legerit Confe-
ssarius , pro uno peccato mortali justam
& proportionatam pœnitentiam esse v.
g. Rosarium 5. decadum , vel quid æ-
quivalens , norit , quod hæc quantitas
pœnæ non debeat crescere æqualiter
crecente peccatorum numero , ita ut
decesserit

necessere sit pro 10. peccatis mortalibus 10. Rosaria injungere, sed relinquatur determinandum prudenti Confessarii iudicio. Possunt autem, ut jam insinuatum, cum magna poenitentia imponenda est, opera etiam alias praecipita v.g. auditio Missæ die festo, abstinentia die Sabbati imponi. Nec item tantum numerus peccatorum, sed & dispositio, ætas, status, commoditas poenitentis observanda est.

Ex mente S. Francisci Salesii non 10 sunt imponendæ poenitentiæ ex variis precationum generibus conflatæ, sed ejusdem tantum generis v.g. mera Pater & Ave, ne alioqui poenitens aut obliviscatur partis alicujus, aut scrupulosus & confusus. Franc. Salei Philo de instructione Confess. c. 8.

Pressis paupertate, morbo, probro 10. providè Confessarius injunget, ut per unam vel duas hebdomades &c. poenitens bis, ter de die, offerat Domino Deo suas afflictiones.

Nec etiam injungatur poenitentia in prejudicium tertii vergens, qualis

esset, si ancillæ, conjugibus jejunia, aut aliæ duriores carnis castigationes imponerentur, quibus debilitatæ officio suo commodè fungi non possent. Consilium est, ut Confessarius occisoris injungat Missas & Eleemosynas pro salute occisi.

303 Ratio satisfactionis in actu non sequitur mensuram pœnalis, sed meritum : hinc tantò actus est magis satisfactorius, quantò magis est meritorius. Quidquid etiam boni operis facit pœnitens in statu gratiæ, cedit in satisfactionem pro antiquioribus peccatis ; antiqua enim peccata sicuti tempore ita & jure sunt potiora, nisi creditor vel debitor etiam suam intentionem forment aliter. Si ergo pœnitens multa opera exercuit, jam hoc ipso minoris pœnitentiæ capax est, atque adeò pœnitentiæ confessario potest minor pœnitentia imponi, & antecedenter imposta indirectè jam imminuta est, id quod bene attendendum Confessario, dum pœnitentiæ prioris commutatio petitur vel facienda est.

Pro commutatione autem pœni- 104
tentiæ sciendum est I. quod Confessa-
rius posterior eandem potestatem ha-
beat in commutanda & taxanda pœni-
tentia, quam habuit prior, qui eam in-
junxit, cùm huic ille substituatur in e-
ius defectum in ordine ad hunc actum.

2. Si pœnitentia priùs proportiona- 105
ta postea ob subiecti aut alterius cir-
cumstantiæ mutationem notabiliter
gravior reddatur, non obligat amplius,
quam secundùm illam proportionem,
quam in his circumstantiis habebat
cum iisdem peccatis. Ratio, quia
mens Confessarii pœnitentiam impo-
nentis non erat alia, quam ut stanti-
bus iisdem circumstantiis præscriptam
pœnitentiam persolveret pœnitens.

3. Si Pœnitentia à Confessario im- 106
posita major sit quam pœna, quam
pœnitens debet, non tenebitur hic ad
perficiendam illam. Hinc si Confessa-
rius imposuisset pœnitentiam secun-
dùm prudens judicium proportiona-
tam, interea tamen pœnitens dimidi-
am partis peccatorum Indulgentiam

obtinuit, non tenetur nisi ad mediæ partem pœnitentiæ persolvendam. Ratio, quia Satisfactio tantum imponitur subiecto capaci, ergo non aliter & ultra obligat, quam subiectum capere possit. Quia tamen nemo absolutè certus est, quod Indulgentias verè incurredatus fuerit, amor sibi ipsi debitus, integritasque Sacramenti exigere videtur, ut pœnitens reliquam pœnitentiæ partem devotè persolvat.

107 4. Cùm debitum aliqua ex parte dubium est prudentius facit exactor, si partem illius cum suavitate aliciat, quam si rigidè nimis exigendo efficiat, ut totum onus à se debtor excutiat. Et sic etiam satius est, ut Confessor pœnitentem disponat ad partem pœnitentiæ licet modicam implendam, quam ut totum negligi, & SS. Pœnitentiæ Sacramentum non integrum relinqui permittat.

108 5. Quid quid alii aliter sentiant, necessarium non est, ut dum pœnitentiæ commutatio facienda est, denuò fiat priorum peccatorum Confessio; nam Confes-

Confessarius cùm sit Medicus & Judex pœnitentis , potest de tota causa simul juxta præsentem dispositionem pœnitentis judicare , prout magis videbitur expedire , de tota autem causa simul judicat , quando nulla repetitâ Confessione judicat , nunc expedire talem vel talem pœnitentiam.

6. Debet commutatio fieri in ipsa 109 Sacramentali Confessione : quia tam solutio , quam ligatio pœnitentis sunt actus clavium , quæ naceffierò requirunt Sacramentum. Ipse met porrò pœnitens injunctam pœnitentiam in opus melius commutare nequit , quidquid secùs sentiat Diana : quia nullus potest etiam sic præceptum Superioris , v. g. auditionis Sacri in opus illâ excellenti- us commutare , & hoc , quia non est su- perior. Deinde opus à Confessario in- junctum elevatur virtute clavium , ut sit opus Sacramenti , ut sic gratiam cau- set ex opere operato , quod non sit in o- pere sponte suscepito. Nec refert , quod quilibet votum possit commutare in quid melius aut æquale : quia in voto

ipse vovens est superioris loco, sibi ipsi legem voti imponentis, nec opus voti elevatur virtute clavium, secus est in Casu nostro.

110. Ut securius congruam pœnitentiam valeat imponere Confessorius (cum Doctores discrepant de quantitate assignanda) accessurus ad Confessionale auxilium divinum piè imploret, meritoque deinde sibi polliceri poterit, Dominum Deum tunc inspiraturum, quid debeat injungere. Quod si contigerit errare, Dominus Deus ei non imputabit, cum planè culpandus non videatur Judex, qui judicium tulit, secundum quod sibi ratio & causæ conditio dictavit.

§. X.

De Satisfactione imponenda Sacerdotibus.

111. **N**oli multas preces imponere, gaudie, si fideliter perolvant Breviarium, Poteris autem imponere (si præ-

præsertim luxuriosi sint, aut ebriosi)
Jejunium, Confessionem frequentio-
rem, aut lectionem libri spiritualis v.g.
de quatuor novissimis, vel de Castita-
te, vel s. Pater & Ave expansis bra-
chiis per aliquot dies recitanda, ita ta-
men, ut periti reliquum supplere ve-
lent, juvatque imponere opera Indul-
gentiarum lucrativa.

Quia vero sacerdotibus subinde ob 112
omissas preces Canonicas injungenda,
vel explicanda est restitutioñis fructu-
um obligatio, notet Confessorius I. B.
PIUM V. Papam statuisse, quod domit-
tentes uno vel pluribus diebus horas
recitare culpabiliter: (secus si per ob-
livionem vel impotentiam) perdant
fructus beneficii illi diei respondentes,
ita ut qui Matutinum tantum omise-
rit, partem dimidiām, & qui cæteras
horas præter Matutinum omiserit,
item dimidiām partem: qui vero sin-
gulas horas, sextam partem fructuum
amittat, quod tamen non ubique cum
tanto rigore receptum est.

2. Ab onere restitutioñis eximi in 113
foro

foro externo illos, qui primis sex mensibus non recitant, nec defunt, qui illos etiam in foro interno exemptos efficiantur. Item illos, qui post primum semestre semel, vel bis negligerent recitare officium, eximunt nonnulli quorum sententiam R. P. Gobat non improbat, ob authoritatem Doctorum.

114 3. Eximi à multis contra multos eorum à rigore statuti B. PH V. qui præter Officium Canonicum etiam alias functiones habent, quibus reverè stipendum merentur. Quia inconveniens videtur, ut quis accipiens 150. ducatos propter Officium, simulque Conciones facere, administrare SS. Sacra menta, & alias functiones perficere debet, per duos menses Officium omittens pari pœrâ afficiatur cum Canonico Collegiatæ alicui tantundem fructus accipiente, nulloque alio Officio onerato, omittente per duos menses Officium.

115 4. Eximi ab obligatione restituendi omittentem notabilem partem aliquam, at non æquivalentem integræ alicui horæ

horæ. Meritò autem improbant alii ,
quod vult Diana , non obligari ad resti-
tutionem , qui totas Laudes omittit.
Gobat porrò assentitur docentibus non
teneri restituere , qui quandam notabi-
lem partem neglexit , ast conflatam ex
multis omissionibus levibus factis in
singulis horis. Ratio : quia hunc rigo-
rem Bulla non indicat.

S. Testatur Sanchez , timoratorum 116
praxi firmatum esse , Bullam Pii V. esse
eo sensu receptam , ut si beneficiario
incumbant alia onera præter recitatio-
nem Breviarii , eisque is legitimè fun-
gatur , seu ex antelet ea , possit pro illis
spetare competens salaryum non minu-
endum ex neglectu horarum. Ac pro-
inde cum Laymanno , habenti proven-
tus beneficiales 350. florenos Rhena-
nos , & Capellano habenti 200. flore-
nos annuatim , Confessarius facilem
aut nullam imponet obligationem re-
stituendi , aut saltem cum Gobat facto
computu , quantum ex fructibus sibi
debeat pro Officio Canonico , Judi-
cio boni viri reliquum , quod curæ pa-
borali

storali & aliis similibus functionibus
correspondet, poterit consulere, ut si
retineat pœnitens.

¶17 Sunt item, qui volunt sufficere.
Cononicus tertiam partem aut quartam
proventuum totius anni pro tota
anno omisso Officio restituat, putatque
Gobat, horum judicio debere se Con-
fessarium conformare, subinde, ne
pœnitentes ad desperata adigat con-
silia.

¶18 Denique ex mente R.P. Simonis Fel-
licis celebris inter Casistas Jesuitæ Pro-
vinciæ Bavariae, omittens Officium
divinum, si sit beneficiatus simplex,
tenetur ad restitutionem tertiae partis
proventuum. Si sit Canonicus ad quar-
tam. Si Curatus ad quintam. Sicque
v. g. habens 200. florenos ex beneficio
simplici tenetur pro omissione horæ
parvæ restituere vel pauperibus dare 3.
cruciferos. Canonicus duos, Parochus
unum, imò nec tantum in rigore. Por-
tò beneficium simplex habens, nec-
dum in Sacris constitutus, si absque cul-
pa sua non recipiat redditus sui benefi-
cii;

, non tenetur pro tunc recitare ho-
ras.

Notandum etiam , quod qui omisit
officium, & altera die vel tertia id reci-
tans compensat, quod omisit, non tene-
tur ad restitutionem , quia rependit æ-
quivalens , & satisfecit Ecclesiæ.

§. XI.

*Satisfactio Primariis Personis impe-
nenda.*

His verè nec jejunia , nec castiga. 119
tiones aliæ corporales (ne quam
de Confessione domestici faciant suspi-
cionem) imponi possunt ; sed Confes-
siones & Communiones menstruæ , vel
preces aliquæ quotidianæ flexis geni-
bus , vel Eleemosyna corporalis aut
spiritualis , vel abstinentia à certo cibo
& potu : nam mirè conducunt tales vi-
ctoriae licet parvæ , ad divinum auxi-
lium promerendum.

Hæ ipsæ Personæ eo ipso monebun- 120
tur emendationis procurandæ , si , quā

iis imponit , pœnitentiam Confessarius jubeat , ut hac intentione peragant , ut Dominus Deus iis det gratiam ab hismodi vitiis se continendi .

Matronæ luxui & luxuriæ deditæ posset imponi Confessio & Communio , & per certum tempus quotidie ter Pater & Ave coram Crucifixo , cum aliqua remembrance pia cujusdam & ei accommodæ sententiæ vel suspitioni .

XXXI Rogatus à fœmina , utrum liceat seminudatis mamillis incedere ? Respondeto ; ad Galatas 5. omnem impudicitiam excludere à regno Dei ; at qui talis habitus est quædam impudicitia , juxta ordinariam hominum infirmitatem , provocans in alio libidinem & carnis concupiscentiam . Ergo Dicito item : nullum Patrum & Doctorum talem habitum (vel saltem de novo introductum) excusare à mortali ; & taliter incedere , esse rem ex se periculofam , & consequenter bono publico & proximorum spirituali saluti graviter præjudicantem .

Esse etiam pompam Satanæ , cui in S. Bap-

S. Baptismo abjuravimus. Item Albertum de Albertia in Paradox. Moral. de ornatu mulier. latissimè conari probare, sic incedentes mulieres, etiam juxta patriæ consuetudinem, peccare mortaliter, & principes & Episcopos generaliter teneri talem consuetudinem extirpare, licet alii non sentiant de rem rigorofè.

*Pœnitentia civibus, & mediocris
fortuna hominibus imponenda.*

Hi, quia plerunque sunt domestico labore occupati, vix aliud quam orationes, vel similia exercitia eis imponi possunt, quia vero diversis dediti sunt vitiis, diversæ etiam medicinæ iis debent præscribi v.g. negligenteribus sacrum, imponatur, ut diebus festis adsint vesperis, vel horis canonicas: Ebriosis, ut unâ vel alterâ hebdomadâ abstineant à prava societate ad honorem D.N. Iesu Christi, & B.V. Mariæ: fraudantibus, ut dent certam quantitatem Eleemosynæ.

liis ut manè surgentes orent quid flexis
genibus , ut faciant genuflexi in brevi
oratione manè propositum abstinenti
eo die à tali vitio &c.

Pro Juvenibus & simplicibus.

Iuxuriosis juvenibus imponi pos.
sunt jejunia Sabbatina , diligens
peractio precum matutinarum , & ve-
spertinarum, examinisq; conscientiae,
missæ quotidianæ auditio , spiritualis
libri lectio , propositorum bonorum
frequens iteratio , frequens confessio
& communio. Gulosis , certis tempo-
ribus à tabernis abstinentia, aquæ potus
moderatus : otiosis , losui deditis , ho-
nesta occupatio ; & per tempus à lu-
dendo abstinentia , templorum fre-
quentatio diebus festis vel profestis ,
congregationis S. susceptio.

Iusticis & simplicioribus preces , &
quæ eo die persolvendæ sint , aut pro-
ximè. Subinde etiam preces aliquæ
menstruæ , & quædam pia suspiria. I-
dem dic de servis , ancillis , & mone ,

ut quod uno die nequeunt, vel obli-
cuntur, alio peragant.

Cui injuncta est pœnitentia quoti-
die per annum, mensem, septimanam
præstanta, satisfacit, si uno, duobus
vel pluribus diebus totum peragat si-
mul.

§. XII.

De Obligatione exhortandi.

AD exhortandum per se non obli- 125
gatur Confessarius, & homines
Religiosi, docti, & valdè graves ac ho-
norati plerunq; non sunt arguendi, aut
admonendi, cum supponantur scire su-
as obligationes, & parùm inde profec-
turi sint.

Non convénit multùm exhortari 126
pueros & puellas, cum plerunque non
intelligent doctrinas à Confessario da-
tas, & si severè arguantur, facile de-
terrentur à Confessione, in non modi-
cum eorum detrimentum: laudandi
potius & breviter admonendi sunt, ut

pergant egregiè in benè cæptis, & sedulò ab hoc vel illo vicio abstineant.

127 Frequenter confitentes, dum mag-
nus concursus est, adhortandi non sunt;
alias possunt exhortari, & ad amplius
perfectionis studium concitari; caven-
dum tamen, ne urgeantur nimis.

128 Qui jam contriti accedunt, et si già
via peccata afferant, increpandi non
sunt, sed potius animandi, quod idem
faciendum cum pusillis animo, maxi-
mè si prima vice Confessario illi confi-
teantur, sic enim paulatim benè affici-
untur ei, ut suo tempore acerbiorem,
dum opus fuerit, medicinam admit-
tant.

129 Qui graviora peccata attulerunt,
nec magna contritionis signa ostendunt,
castigari quidem possunt à Confessario,
attamen is attendere debet, ut ne irri-
tet eos potius, aut pusillanimes, & à
Confessione abhorrentes faciat. Debet
proinde Confessarius abstinere ab om-
nibus convitiis & modis loquendi im-
patientiam & indiscretum zelum peti-
us, quam Christi mansuetudinem re-
doled-

dolentibus. Et item ut in ipsa correptione condolentiam & synceram charitatem ostendat, & consolationis oleum correptionis vino admisceat. Similiter ut cum multa sunt exposita peccata, ad unum præcipue, quod cæterorum radix est, curam applicet, ejusdemque gravitatem benè ostendat, & ut etiam se pro ipso oraturum promittat.

Qui pauca, at mortalia afferunt, plerunque non sunt sine adhortatione dimittendi, si quidem plebei & capaces sint instructionis. Rustici autem & ejusmodi homines vix capaces motivorum & doctrinarum, plerunque tantum ad observationem mandatorum, & fugam certi alicujus vitii adhortandi sunt, & pro hac exhortatione motiva ex damnis & commodis temporalibus ac æternis, quæ ex peccato vel virtute oriuntur, desumenda sunt.

Sint exhortationes breves, appositæ, & ad statum pœnitentis accommodatae, & efficaces. Et etsi Confessarios quoque concernat illud Christi Domini (Cum steteritis ante Reges & Presides,

nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini, ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt contradicere omnes adversarii vestri) prudentia tamen uti debet Confessarius, & divinæ innixus op̄i secundūm dispositionem pœnitentis & aliarum circumstantiarum exigentiam se, & verba sua moderari.

§. XIII.

De prescribendis Remediis.

Tenenetur Confessarius, cum opus fuerit, praescribere remedia, nisi prudenter presumere possit, ipsum pœnitentem sibi salutariter consultum.

Remedia porro sunt: 1. Amor Dei.
2. Frequens & servida ad Dom. Deum,
B. V. Mariam, Superosque alios orationes.
3. Frequens Sacramentorum usurpatio,
per quæ applicantur SS. Jesu Christi
Dom. sanguis & merita, quæque facile
praeservant a lapsu, & conferunt auxilia
gratiae ad profectum invirtutibus. 4.

ÆRI-

Æstimatio magna gravitatis peccati ex ejusdem damnis eruenda. 5. Novissimorum consideratio. 6. Præsentia Dei memoria. 7. Examen particulare. 8. Contraria vitiis virtutum exercitia. 9. Domini Jesu passio, tormenta, vulnera, beneficia animo recognitata. 10. Exempla pœnarum & præmiorum malis aut bonis collatorum, & talia quædam exempla in promptu habere de diversis vitiis & virtutibus profuerit plurimum, 11. Piorum librorum lectio. 12. Propriæ vilitatis, & miseriæ recognitio, & à Dom. Deo. necessariæ dependentiæ. 13. Sententiæ ponderosæ & affectuosæ rememoratio. 14. Mortificationum usurpatio. 15. Pravi Consortii evitatio, & boni acquisitio.

§. XIV.

De Absolutione danda.

Ligitime dispositum pœnitentem debet Confessarius absolvere, nisi forte specialis aliqua ratio suadeat,

absolu-

82 Directorium Confessariorum.

absolutionem ad tempus esse differendam.

134 In rariore saltem casu, in quo scilicet pœnitens nullum in specie peccatum posset exprimere, absolvere possit. Confessarius dicentem in genere, peccasse, ordinariè tamen conari debet, ut quoddam peccatum in specie proponatur.

135 Dum nulla apparet emendatio, negari subinde potest & debet absolutionem enim inde colligitur non adesse debitum & sincerum, ac efficax propositum: secundum dicendum, si tamen aduersent extraordinaria veri propositi indica, qualia sunt 1. Lapsus rarius. 2. Occasionis evitatio. 3. Remediorum praescriptorum observatio. 4. Extraordinarius dolor. 5. Spontanea Confessionis, ceu salutaris remedii iteratio. 6. Gemitus cordialis & remediorum auxiliorum postulatio. 7. Seria affveratio de serio proposito abstinenti ab ejusmodi peccatis, pœnitenti enim in hoc forocredendum est.

136 Et quidem Joannes Sancius judicat,

enī nec utile, nec licitum esse, verum pro-
 posatum habenti, sicque ligitimè dis-
 ce posito negare absolutionem, tum quia
 in cunctis ad emendationem ei profi-
 ciens est Sacramentalis gratia per abso-
 lutionem obtainenda. Alii tamen lici-
 tum & utilius videtur differre, subinde
 si absolutionem, eò quod Confessarius,
 ut Medicus hoc remedium amplecti
 possit, ceu magis absterrens à peccato,
 & conducens, ut pœnitens agnoscat &
 tristetur ob propriam miseriam, qua-
 ratque medelam. Sic nempè etiam Me-
 dicus medicinam salutarem subinde
 differt, ut commodiore, aptioreque
 tempore salubrius applicetur ægro. Et
 et si permagna sit vis Sacramentalis
 gratiæ, negatio tamen absolutionis po-
 test etiam valde efficaciter abterrere à
 peccato, maximè cum homines terre-
 nis rebus immersi sæpè sensibilibus
 pœnis magis moveantur, quam aliis
 mediis

Attendere tamen debet Confessari- 137
 us absolutionem differre volens I. An
 sint plures Confessarii, ad quos posset
 recurri

recurrī occurrente necessitate inopinata moriendi. 2. An Confessarius ipse sit valdē gratus pœnitenti, ita ut non facile alium sit aditurus. 3. An pœnitens magni æstimet Sacramenti beneficium, ita ut gravis ei pœna foret eō carere, aut econtrā an parvi pendat, & abusurus sit absolutionis negatione. 4. An exindē horrorem à SS. Sacramento habiturus sit pœnitens, aut diffamaturus Confessarium, esse nimis leverum, ut inde sic plures à SS. Sacramento horrorem conciperent, vel ab ipso Confessario. His & similibus consideratis faciat, quod prudenter judicat faciendum Confessarius.

¶ 38 Concubinam habenti potest semel aut iterum cōcedi absolutio, antequam eam ejiciat, si tamen habeat propositum ejiciendi; postea negenda est, nisi actu ejiciat, aut juret ejecturum. Portò Joannes Sancius quidem docet, si concubina esset valdē utilis ad bona temporalia, vel etiam ad vitam molestè non agendam, non teneri pœnitentem eam expellere, id tamen rectius alii negant,

gant , nisi valdè magnum damnum ex
expulsione sequeretur. Imò Alexander
der 7. (cui & acquiescendum, damna-
vit sententiam quæ sic sonat) non est
obligandus concubinarius ad ejicien-
dam concubiam , si hæc nimis utilis ad
oblegium amentum concubinarii sit , vul-
go regalo , dum deficiente illo nimis æ-
grè ageret vitam , & aliæ epulæ magni
tædio concubinarium afficerent , &
alia famula nimis difficile invenire-
tur : Alexander 7. Anno 1666, di 18.
Martii.

Debitor sæpius confitens , nec ta- 139
men animum habens citò solvendi ab-
solvendus est , si creditori ex illa dila-
tione detrimentum non sequatur.
Dian.p. 2. tr. 17. re. 3. & alii , nec hoc
adversatur dictis N. 90,

§. XV.

De Forma Absolutionis.

Quò ad formam absolutionis usita- 140
tius est , ut ab initio petente pœ-
nitente

nitente benedictionem Confessarius dicat.

Dominus sit in corde tuo, & in labiis tuis, ut dignè & competenter confitearis peccata tua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

I41 Confessione peracta & impositâ poenitentiâ dicat Confessarius: misereatur tui omnipotens Deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam æternam, Amen.

Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum tuorum tribuat tibi omnipotens & misericors Dominus, Amen.

Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius, quâ indignus fungor, te absolvo à vinculo excommunicationis, suspensionis (si Clericus sit poenitens) & interdicti, in quantum possum & tu indiges: Deinde ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Passio Domini nostri Iesu Christi & merita B.V. Mariae & omnium Sanctorum,

rum, & quidquid boni feceris, vel mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, Amen.

De his porrò verbis : Passio Domini nostri Iesu Christi, benè docet R. P. Franciscus Amic. de pœnitentia XII. §. 1. illa per se nullum effectum operari, sed solum ex intentione absolvantis, intendentis sic in partem pœnitentiæ injungere omnia bona opera, quæ facturus, & omnia, quæ patienter toleraturus est, pœnitens : ac proinde non ipsa verba, sed opera per hæc verba injuncta, seu elevata operari hunc effectum, quem operatur pœnitentia, quæ à Confessario expressè injungitur. Ratio prioris est, quia verba hæc de more Ecclesiæ adjunguntur. Vide Trid. Sess. 14. c. 3. Ecclesia autem non habet potestatem instituendi verba operativa effectus Sacramentalis. Ratio 2. est, quia Confessarius virtute clavium habet potestatem elevandi omnia bona opera pœnitentis, ut illa ex meritis Christi Domini operentur,

ultra proprium valorem his verbis hac intentione prolati.

¶ 43 Infert deinde ex his Amic. loco citato : omnia bona opera sic in pœnitentiam confessio injuncta , etiam quæ facturus est , in statu peccati mortalis , operari ex opere operato meritorum Christi Domini remissionem pœnae temporalis , relictæ ex peccatis confessis & remissis : quia cum hanc vim habeat pœnitentia pœnitenti explicite imposita , eandem etiam habebunt omnia bona opera ex intentione Ministeri pro pœnitentia injuncta , cum non minus hæc , quam illa suam virtutem habebant operandi ex meritis Christi Domini , quæ sicut per peccatum pœnitentis suum valorem non amittunt , ita illum illis operibus communicant , quæ injuncta sunt pœnitenti , ut pars integralis Sacramenti : Cumque homo etiam in peccato existens capax sit remissionis pœnae ex confessis , & remissis peccatis relictæ , atque etiam per peccatum merita Christi non extinguantur , non est , cur hunc effectum pœni-

pœnitentiæ Sacramentali , etiam in statu peccati solutæ , negemus.

Quia verò hæc sententia tuta & probabilissima , hinc potest à Confessario pœnitentia alias injungenda minui, uti jam etiam passim docetur , & practicatur . Pro praxi in concursu , suadet Gobat , dictis verbis absolutionis , posse Confessarium pœnitenti signa discedendi dare , & interim tacitè recitare , illa verba , Passio Domini nostri Iesu Christi &c. Possunt eadem verba etiam omitti , si tempus vel occasio non sufficerat : sicut etiam absolutio à censuris interdum innoxie omittitur , aut sufficiet , si Confessarius dicat : Absolvo te , quantum possum & indiges , ab omnibus censuris &c. In necessitate etiam vel concursu , omissis : Misereatur , Indulgentiam &c. Potest incipi ab illis verbis : Dominus noster Jesus Christus te absolvat &c. Aut etiam pro urgente necessitate agonizantis dici tantum : Ego te absolvo à peccatis tuis in nomine Patris , & Filii , & Spiritus Sancti , Amen.

145 Sub conditione dari potest absolutio
 1. In dubio de sufficiente usu rations in
 pœnitente. 2. In dubio de sufficiente
 materia , quo tamen calu melius est re-
 petere peccatum jam ante confessum
 aliquod. 3. In dubio de sufficientia do-
 loris : cum apud rusticos præcipue &
 simplices , ac pueros etiam sæpè acci-
 dat , ut dicant se dolere , cum tamen
 nihil minus agant. 4. Si moribundus ,
 qui nulla dedit signa , nec Confessio-
 nem petiit , absolvendus sit.

Conditionem porrò necessè non est
 expressè apponi , sat erit apponi sola-
 mente , securius erit exprimi , nisi fortè
 quis cum neotericis quibusdam Theo-
 logis teneat formam absolutionis supe-
 riùs positam , propter illa verba , quan-
 tum possum , & tu indiges , semper esse
 conditionem.

§. XVI.

Sequuntur Absolutiones variz.

Forma absolvendi tempore Jubilæi.

146 **D**ominus noster JESUS Christus
 per

Per suam piissimam misericordiam te
absolvat, & ego de potestatis Aposto-
licæ plenitudine mihi pro hac vice cō-
cessa, absolvo te, quatenus possum &
debeo ab omni vinculo excommuni-
cationis, suspensionis (si in ordinibus
est) & interdicti, si quod incurristi. Et
eadem Authoritate absolvo te ab om-
nibus peccatis tuis. Item absolvo te ab
omnibus pœnis in purgatorio debitibus,
& Indulgentiam tibi concedo plenissi-
mam virtute hujus S. Jubilæi in nomi-
ne Patis, & Fillii, & Spiritus Sancti, A-
men. Passio Domini &c.

*Formula absolvendi eos, qui nun-
quam fuerunt Catholici.*

Dominus noster Jesus Christus te ¹⁴⁷
absolvat, & ego authoritate ipsi-
us & SS. Apostolorum Petri & Pauli,
nec non SS. D. nostri Papæ N. mihi cō-
cessa, & haðenus nondum revocatâ ab-
solvo te ab omni vinculo excommuni-
cationis, quo teneris propter hæresim,
in qua ab incunabulis vixisti, & incor-

poro te gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ, Communioni fidelium, & participationi Sacramentorum ejusdem S. Romanæ & veræ Apostolicæ Ecclesiæ.

Deinde eadem authoritate absolvō te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Passio Domini &c.

Forma absolvendi Apostatas à fide.

143

Dominus noster Iesus Christus te absolvat, & ego auctoritate ipsius & B. Petri & Pauli Apostolorum, nec non sanctissimi Domini nostri Papæ N. mihi commissa & tibi concessa, absolve te ab omni vinculo excommunicacionis, quam incurristi propter Apostasiam à fide, & errores, quos fortassis etiam aliis tradidisti, & restituo te gremio S. Matris Ecclesiæ, Communioni fidelium & participationi Sacramentorum ejusdem S. Romanæ Catholicae & veræ Apostolicæ Ecclesiæ. Deinde eadem auctoritate absolvō te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris &c.

Forma absolvendi ab Excommunicacione majore in foro Conscientiae.

Item dispensandi super irregularitate.

Dominus noster Jesus Christus, qui **I49**
est Summus Pontifex, te absol.
vat, & ego auctoritate ipsius mihi licet
indigno concessâ, abservo te imprimis
a vinculo excommunicationis, quam
incurristi propter (percussionem Cle-
tici v. g.) & restituo te Sanctis Sacra-
mentis Ecclesiae, Communioni & uni-
tati fidelium (suspensionis si in Ordini-
bus est) & interdicti, in quantum
possim, & tu indiges, & (si est irregu-
laris) dispenso tecum super irregulari-
tate, quam incurristi propter N. N. &
habilito te ad actus legitimos. Deinde
egote abservo ab omnibus peccatis tuis
in nomine Patris, & Filii, & Spiritus S.
Amen.

PROFESSIONE FIDEI

Ex S. Francisco de Sales.

Ego N. N. profiteor, me fidem Ca- **150**
tholicam

tholicam Romanam amplecti , ea
que omnia firmiter tenere ac credere,
quæ in Sancta Tridentina Synodo ad-
versus hujus temporis hæreses definitas
ac declarata sunt, eandemque fidem ul-
que ad extremum vitæ spiritum , Deo
bene juvante , me retenturum promit-
to & juro : Sic me Deus adjuvet , &
hæc Sancta Dei Evangelia.

151 **S**ch. N. N. bekenne hiemit öffent-
lich / daß ich den Römischen Cat-
holischen/allein seligmachendē Glaub-
en annehme und alles das festiglich
und beständig halte / was in der heiligen
Versammlung zu Trient wider die
Rezereyen dieser Zeit ist beschlossen und
erkläret worden/ und diesen Glauben
versprich und schwöre ich zu halten mit
der Hülff Gottes bis an mein letzten
Athem/ also hilff mir Gott/ und diese
heilige Evangelien.

152 Deinde Psalm. Miserere &c. quo si-
nito dicat absolvens : Kyrie eleyon ,
Christe eleyon , Kyrie eleyon : Pater
noster.

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos à malo.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus nmeus sperantem in te.

V. Esto ei Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

Oremus.

Deus cui proprium est misereri semper & parcere , suscipe depreciationm nostram , & hunc famulum tuum Nostro quem hæresis sententia ligat , miseratio tuæ pietatis absolvat , per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Alia Professionis fidei Formula
sat usitata.*

153 **E**go N.N. ad S. Ecclesiarum Catholicarum unitatem reversus, omnia & singula, quae in S. Synodo Tridentina definita & statuta sunt, palam recipio, & veram obedientiam Romano Pontifici spondeo, similiisque Lutheri, Calvinii, Anabaptistarum &c. & omnes alias haereses à Sacris Canonibus, & Generalibus Conciliis damnatas, & maximè eas, quibus pro dolor! irretitus fui, abjuro publicè & detestor. Profiteor quòque ore & corde eandem fidem, quam Sancta Romana, Catholica & Apostolica Ecclesia, & Sacra approbata Concilia generalia auctoritate Evangelicâ & Apostolicâ tradiderunt, spondeoque & juro per Deum omnipotentem, me in unitate S. Catholicæ Ecclesiae, Communione Romani Pontificis, per omnia semper & sine dubio permanens, nec non ab eadem, quorumlibet persuasionibus, vel quocunque alio modo nunquam discessurum,

nec

nec eis, qui discesserunt & imposterum
discedent, consilium, auxiliumque vel
favorem, per me vel per alium, seu a-
lios directe vel indirecte præstitum.
Ita me Deus adjuvet, & hæc Sancta
Dei Evangelia. Potest hanc abjuratio-
nem & professionem pœnitens facere
coram Confessario, & duobus aut tri-
bus testibus ad Sancta Evangelia.

Formula Germanica.

Ich M. M. bekenne und glaube 154
von Grund meines Herzens sam-
mentlich und sonderlich alles / so die
heilige / Catholische / Apostolische /
Römische Kirch beflicht zu glauben /
diesen Catholischen Glauben/ außer-
halb welches einige Seeligkeit nie-
mand immer zugewarten / will ich
ganz unverlebt / mit Gottes Hülff /
bis in mein Gruben festiglich halten
und bekennen / und so viel an mir ist /
daran seyn/daz er von meinen Unter-
gebneen festiglich geglaubt und ge-
halten werde.

Verheisse auch / und gelobe war-
haftigen Gehorsamb dem Römischē
Bischoff / als welcher ist des H. Petri
Nachkommer / und unsers Herrn
JESU Christi Stadthalter auf Er-
den ; Ich verwerffe und verfluche zu-
gleich alle Lehr / Secten und Opinio-
nen / die von gemelter Römischen
Kirchen bishero verworffen / und ver-
flucht seyn / oder nachmals verflucht
werden / also helfe mir Gott und
alle seine Heilgen.

*Absolutio in foro tum Conscientia,
tum fori.*

255 **D**ominus noster JESUS Christus
te absolvat , & ego autoritate
ipsius , & BB. Apostolorum Petri & Pauli
ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mihi in
hac parte commissa , absolvo te ab om-
ni Vinculo Excommunicationis , quo
teneris propter hæresim N. in qua ha-
stenus vixisti , & incorpore te gremio
S. Matii Ecclesiæ , Communioni fi-
delium , & participationi Sacramento-

rum, ejusdem Sanctæ Romanæ ac verè Apostolicæ Ecclesiæ. In Nomine Patris, &c.

§. XVII.

De Sigillo Confessionis.

Est hoc Sigillum obligatio strictissima, i^{mo}ma juris divini ad reticendum omnia, quæ in ordine ad Sacramentalem absolutionem in Confessione (imo etiam extra eam subinde) sunt dicta, & quorum revelatio onerosum vel odiosum redderet Sacramentum pœnitentiae.

Sub Sigillum hoc cadunt 1. omnia peccata pœnitentis cum intentione confitendi manifestata in Confessione, tam venialia, quam mortalia, tam facta, quam vera.

2. Etiam Complicis detecta peccata, etiamsi hæc detectio imprudenter fuerit facta. 3. Pœnitentia imposta si gravis sit, & plerunque pro mortaliibus vel pluribus venialibus imponi

solita. 4. Circumstantiae peccatorum : Et si quis confiteatur , se nobilitatem quam non habet jactasse , aut illegitimum natum , Sacros ordines suscepisse. 5. Defectus naturales pœnitentis aut corporis occulta vitia , ut scrupuli &c. quoties hæc alioqui nota non sunt , & eorum manifestatio prudenter creditur ingrata pœnitenti futura , odiumque S. Sacramenti paritura : Etsi autem hic aliqui laxius sentiant , rectius tamen agat Confessorius , si in hac materia , ut remotior sit à periculo , reverentia que Sacramenti magis consulat , severiores , securioresque sequatur sententias. 6. Etiam illa , quæ alios concernunt , & tamen peccata non sunt. 7. Omnis illa aetio , quæ ex notitia peccati cum periculo directæ vel indirectæ revelationis procedit. 8. Etiam gubernatio alterius ex tali notitia procedens , licet absque periculo revelationis facta : quia & hoc pœnitentem à Confessione , & valde quidem absterret. 9. Factum quodecumque ruborem vel molestiam pœnitenti creans , si ad. versus

versus id ex notitia Confessionis pro-
cederet.

Ad sigillum hoc tenetur Confessari. 157
us 1. Titulo præcepti naturalis. 2. Præ-
cepti divini. 3. Ecclesiastici. 4. Justi-
tiæ. 5. Religionis ob SS. Sacramenti re-
verentiam. 6. Charitatis. 7. Fidelita-
tis Deo & proximo debitæ.

Cum licentia pœnitentis de auditis 158
in Confessione agere licet, vel cum eo-
dem, vel etiam cum alio extra Confe-
ssione, modò talis licentia formalis
expressa, spontanea, seu non extorta
sit precibus vel minis, aut dolo: nec
opus est, ut licentia formalibus verbis
fiat; Sufficit, si ipse pœnitens extra
Confessionem de dictis in Confessione
loqui incipiat, tunc enim factō ipso
censetur dare, cum ubique loquatur
Confessario, ut directum ab eo respon-
sum accipiat.

Sine priùs à pœnitente habitâ licen- 159
tiâ loqui etiam licet in Confessione de
Præteritis in prioribus Confessionibus
manifestatis peccatis, id enim tum co-
muni Doctorum sententia, tum ipsa

Confessariorum praxis contestatum facit. Extra Confessionem verò id non licere, plerique tenent, etiam si de essentiali errore in Confessione admissus monendus esset pœnitens; hunc tamen casum alii excipiunt.

¶ 60 Cautelæ pro sigillo sarto recto servando erunt. 1. Firmiter decernat Confessarius, nihil unquam quacunque occasione loquendi de auditis in Confessione. 2. Dum de talibus sermō est, aut nihil respondeat, aut torvo vultu alios absterreat, aut dicat, non esse hic locum de talibus loquendi. 3. Sub actuali Confessione faciem strophiolo obtegat, & in prolatione absolutionis faciem serenam exhibeat, sedeatque corpore quietus, modestus, absque agitatione suspicionem movere potente adstantibus de gravibus peccatis. 4. Submissè quoad potest, loquatur, tum ipse, tum pœnitens, & pœnitentem debilioris auditus nactus, vel in separato audiat loco, aut si nequit hoc fieri, citò expedit, hoc enim præstat.

§. XVIII.

De Obligatione audiendi Confessiones.

Extra periculum mortis per se lo- 161 quando, ex nullo titulo apparet Obligatio in Sacerdote non curato au- diendi Confessiones. In mortis articulo præcipit id charitas, saltem si alius Sacerdos non adsit approbatus, qui i- dem præstatere posset officium

Sacerdos curatus Confessiones ovi. 162 um suarum audire tenetur. 1. Quando ipsi parochiani, sive ex Ecclesiæ præ- cepto, sive in periculo mortis ex præ- cepto divino cœniteri tenentur. 2. Cum ob aliquam necessitatem, etiam non extremam, Confessiones suas au- diri petunt. V.g. quando in grave pec- catum mortale lapsi in gratiæ statum redire desiderant, aut gravibus tenta- tionibus, vel scrupulis vexantur; tunc quippe jure suo ad pastorem & medi- cum suum recurrent, qui sine gravi & urgente necessitate, vel causa non po-

test eis remedium negare, aut differre, ne fortè talis dilatio ipsis sit causa ruinæ spiritualis, aut certè difficultioris curationis. 3. Quando ob profectum & perfectionem suam majorem procurandam confiteri petunt v.g. ad lucrandas Indulgentias, vel in solemnitate magnam utilitatem inde speratam. Nam cum in talibus casibus per virtutem SS. Sacramenti à gravioribus culpis præferventur, & in virtutum exercitio & gratia crescant, omnino ad pastorem ratione officii pertinet, eis ad tales fructus consequendos cooperari, ne alioqui iure apud Patrem Cœlestem conquerantur, se, ceu in perfectione parvulos, petiisse panem, & non fuisse, qui frangeret eis.

- 163 Meminerit porro Sacerdos, 1. Confessiones audire esse actum heroicum Domino Deo gratissimum, quo juvat Confessarius ad reducendas animas ad Creatorem suum, ut reconcilietur eis. 2. Sic se exercendi opera misericordiæ spiritualia copiosam habere ansam, docendo ignorantes, corrigendo errantes,

con-

condonando injurias Deo illatas , solando tristes , orando pro miseris , dando consilia salutaria , redimendo captivos Diaboli , vestiendo nudatos gratiâ , dando cibum spiritualis almoniæ . Unde sperare potest , se inventurum misericordiam faciendo totuplicem misericordiam . 3. Sic se satisfacere exspectationi Dei , desideriis Sanctorum Angelorum Custodum , votis cœlitum , sese autem in multis vincere , repugnantesque multas carnis invitum tolerando , multiplice in promereri coronam patientiæ .

§. XIX.

De Abstinentibus ab auditione Confessionum.

Absterrere à Confessionum auditio-
ne solent i. Timor vel vario-
rum errorum committendorum , ob
absolutionem difficultem casuum oc-
currentium , vel castitatis maculandæ
ob audienda varia peccata luxuriæ .

Norint

Nōrint autem Confessarii Christum Dominum hoc sacrum tribunal non per modum carnificinæ, sed pro solatio & remedio peccatorum instituisse, atque adeò ad SS. Sacramenti hujus administrationem non summam, sed mediocrem duntaxat diligentiam requiri, quam cum facile adhibere possit Confessarius, meritò sperare potest, facienti, quod in se est, Dominum Deum gratiam non denegaturum, qui magnum habet desiderium, ut hoc saluberrimum Sacramentum alacriter & fructuosè à suis ministris administretur.

¶ 65 Nōrint item, quod magna valde securitas in agendo cum proximo sit ex obedientia, vel charitate, teste R.P. Balthasaro Alvarez. l. 5. vit. Viro Sanctitate & sapientia celeberrimo adeò, ut si quis obediendi causâ infames fœminas adiret, illas Christo Domino lucrandi gratiâ, cum eis agens mundissimas haberet cogitationes, quasi esset Angelus Dei. Et si ex propria voluntate in cubiculo maneret, sc̄edis ibi cogitationibus vexaretur. Sperent ergò secum

secum affore Dominum JESUM , uti
in se experiuntur omnes pii , & bono
corde SS. hoc munus obeuntes Con-
fessarii , & ceu pueros Hebræos in Ba-
bylonis fornace eos à libidinis flamma
servaturum illæsos ; credantque longè
gratius esse Domino Deo , ut eidem
confisi Confessarii sacra hæc præstent
obsequia , quām si ea ob scrupulos inu-
tiles & timores vanos intermittant.

Terret 3. alios molestia multiplex in 166
audiendo **Confessiones** occurrens ; At
cogitent , quām gratificaturi Domino
Deo , quām profuturi proximo , quām
sibimet promerituri sint dona multa &
gratias cœlicas , quām felices sint , si se
in tam sanctis exercitiis consumperint ,
& videant , an non turpe foret , velle de-
trectare labore tam salutarem , sanc-
tum & gratum superis.

3. Aliquos terret pœnitentium ru- 167.
ditas & simplicitas , ac statūs vilitas , qui
alioqui ad excipiendas **Confessiones**
Matronarum & Nobilium sunt prom-
ptissimi . His rectè illud aggeritur , Ja-
cobi 2. *Fratres mei , nolite in persona-*
rūm

rum acceptione habere fidem Domini nostri JESU Christi glorie, & quæ ibi ulterius sequuntur: Audite fratres mei dilectissimi, nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide & heredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Et quid si de illis verificetur aliquando illud: Amen Amen dico vobis, receperunt mercedem suam; dum scilicet tam sancti operis functione humanam gratiam, aut quidquid id sit, aucupari conantur; Vera autem in Deum & proximum charitas, quæ non, quæ sunt; quaerit, sed quæ sunt JESU Christi, hoc certè non suadet.

368

4. Nonnullos fervor & pruritus ad alia negotia & functiones peragendas absterret; At boni viri, num nobilior est fundatio aliqua, & majoris ponderis negotium, quam Sacramentorum administratio, & salutis animarum & reconciliationis cum Domino Deo procuratio? An non fiducialiter econtrâ sperare potestis, peractis prius hisce lutaribus magis & dignioribus functionibus, Dominum Deum postea etiam ad

ad alias functiones uberiorem collatum
benedictionem & gratiam?

§. XX.

De Industriis à Confessario abhi- bendis.

Industriæ ad Confessiones cum debi- 169
ta perfectione & fructu audiendas
sunt hæc: 1. Sacrum hoc munus maxi-
mè æstimet Confessarius. 2. Recogitet
functionem suā Domino Deo gratissi-
mam, animabus sibique ipsi saluberrimam,
honorificentissimam, cœlo ju-
cundissimam, dæmonibus odiosam ni-
mis & derogatoriam. 3. Fugiat in Con-
fessionibus audiendis, quod exoticum
est, & singularitatem lapit, aliisque se
Sacerdotibus omni ratione conforma-
re studeat. 4. Sedulò caveat, ne aut
pœnitenti, aut ulli alteri per Confessi-
onis exceptionem ullum scandalum
aut offendæ occasionem præbeat. 5. 170
Meminerit se Judicem, Medicum,
Magistrum & Patrem Spiritualem age-

re, ideoque paternam & spiritualem
gravitatem, ac severitatem potius,
quam nimiam familiaritatem ostendat,
quia talis familiaritas præter alia in-
commoda & pericula triplicem con-
temptum parit, nempe 1. Ipsius Dei,
dum per mutuum amorem agglutinatur
pœnitens & Confessarius Dei amorem
tantò immixtunt, quanto in sensibili
suo & periculofo amore proficiunt.
2. Confessarii, qui exinde minus respici-
tur, reveretur & timetur. 3. Conscien-
tiæ, dum propter levitatem Confessarii
liberius peccatur.

171 6. Non festinatam, sed diligentem
operam navet pœnitentibus, & cum S.
Francisco Xaverio credat, melius esse
paucas Confessiones ritè audiri, quam
multas temerè peragi, secùs tamen a-
gendum, ubi necessitas aut specialis u-
tilitas hoc non suadet, ne alii impedi-
antur, & ne pericula aut incommoda a-
liqua exoriantur ex longis & inutilibus
colloquiis.

172 7. Caveat sibi à noxio illo quorun-
dam Zelo, qui ægrè ferunt, si pœni-
tentes

tentes sui aliis confiteantur, sed relinquant libertatem iisdem, ut si ipsis vi-
sum fuerit magis sibi conducere, con-
fiteantur, cuicunque volunt, pro ani-
mæ solatio, nisi urgens ratio suadeat
eos uni soli confiteri.

§. XXI.

De Emendatione errorum in Confessi- onum auditore commissorum.

Erorres si ad substantiam pertine. 173
ant, ut si Confessarius non habeat
potestatem absolvendi, aut legitimam
intentionem non eliciat aut formam
validè non protulerit, aut absolutionis
oblitus sit &c. sic corrigendi sunt. I.
Si potest, corrigat eos Confessarius du-
rante Confessione. Quod si pœnitens
abscessit, aut si in ipso abitu, saltem
breviorem absolutionis formam pro-
ferat. Quod etiam facere potest, si ad-
huc ante confessionale, aut non procul
genuflexum videat; pœnitens enim
censendus est in voluntate absolutio-

112 Directorium Confessariorum.

nem accipiendi perseverate, donec eam recipiat, ut proinde hoc modo ei validè possit consuli. Sin jam à conspectu Sacerdotis aliquo tempore secessit, non est absolvendus, non præmonitus ob periculum, ne forte ob novum peccatum commissum omnino irritum efficiatur Sacramentum.

274 2. Si in ipsa Confessione emendare non possit, possit autem pœnitens alibi commodè moneri de defectu, monere eum omnino debet Confessarius, etiam non priùs petitâ facultate cum eo loquendi, cum talis monitio dirigitur ad perficiendum Sacramentum ritè inchoatum, adeoque pars illius efficitur, docentque Suarez, Layman, &c. Etiam renuente pœnitente talem monitionem posse fieri.

275 3. Si absolutio ob defectum jurisdictionis manca fuerit, & omnino non detur occasio eum monendi, non multum angatur Confessarius, sed doleat de negligentia & culpa, Deumque oret pro pœnitente, ne eum permittat inde de anima periclitari, & de reliquo trans-

tranquillus , & in futuro cautior sit.

4. Si in damnum tertii vergat error 176
 v. g. quando Confessarius deobligavit
 pœnitentem à restitutione alicui , vel
 obligavit non obligatum , aut si gra-
 vem nimis & indebitam imposuit pœ-
 nitentiam , aut afferuit aliquid licetè
 fieri posse, quo tamen alter injustè dam-
 nificatur , hæc observet. 1. Non inu-
 tiliter & inordinate angatur ob restitu-
 tionem à se loco pœnitentis faciendam;
 nam multi docent, non contraxisse Cō-
 fessarium ullam obligationem restitu-
 endi , nisi malâ fide damnum procu-
 rasset. 2. Si potest monere pœnitentem
 cum effectu secuturo , moneat captatâ
 occasione extra confessionem, ac secre-
 tò. 3. Si nec hoc potest, oret, aut cele-
 bret pro damnum passo , ut sic aliquo
 modo ei jacturam compenset.

5. Si error sit ob defectum instru- 177
 tionis, at sit absque alio speciali pœni-
 tentis damno , v. g. si diceret, sponsalia
 esse valida, quæ valida non sunt; aut vo-
 tum non obligare, quod tamen obligat,
 sic errorem emendet. 1. Si potest, in-

struat per se se pœnitentem melius, intuiens se rem melius considerasse & deprehendisse, aliter se habere. 2. Si nequit per se faciat id, si potest, per aliud, si talis materia ad sigillum Confessionis non pertineat, atque adeo sine scrupulo revelari possit, nisi constet pœnitentem aliter velle, ut si periculum sit detegendi statum internum, vel peccatum pœnitentis. 3. Si nec hoc fit, ad preces configiat, Dominoque Deo rem committat.

§. XXII.

De Scientia facti.

173 **C**onfessarii est inter peccata, quo ad totam speciem, quantitatem, numerum & circumstantias posse decernere. Nosse proinde debet. 1. Quid sit peccatum mortale: Nempe quod sit id, quod ob sui gravitatem dissolvit gratiam & amicitiam cum Deo, & mereatur pœnam æternam, de quo Richardus à S. Viët, ait: Peccatum mortale esse,

esse, quod non potest committi sine gravi contemptu Dei. Et Jacobus Alvar. ait, consensum in peccatum mortale esse tam impium, ut non possit celari & ignorari.

Etsi quis statim post factum dubitet, an deliberatè consenserit, vel facti statim pœnitentia, probabiliter judicari posse, eum non consensisse; cum tanta sit malitia peccati mortalis, ut in recenti facile agnoscatur, nec soleat animus à Domino Deo aversus tam subito iterum ad eum converti.

Ex quibus colligitur, pœnitentem non facile à Confessatio peccati mortalis debere condemnari, si sit conscientiae timoratae.

2. Nōrit, oportet Confessarius, peccata ex genere suo mortalia, esse ea, quæ vel per se laedunt charitatem Dei & proximi, vel nos ipsos graviter corrumpunt, & ea maximè, quæ contra virtutes Theologicas aut Decalogum committuntur. Peccata item capitalia licet non omnia, quia non omnia Deum, aut proximum, aut nos ipsos gravi-

ter lēdunt , ut de superbia , avaritia ,
gulā , acedia communiter sentiunt Doc-
tores.

180 3. Adverte re debet , ex mortali ex
genere suo fieri veniale , aut per defec-
tum sufficientis advertentiæ , aut ex de-
fectu perfecti consensūs , aut ex defectu
gravitatis materiae . Defectus sufficien-
tis advertentiæ colligitur 1. Quando-
cunq; materia actionis vel omissionis ,
de qua dubitatur , num fuerit delibera-
tè cum peccato suscep ta , nullam con-
tinet specialem delegationem respec-
tu voluntatis illius , à qua profecta est ;
signum est , nec quidem semiplenam ad-
vertentiam adhæsse .

181 Hinc colligitur 1. Non esse peccatum
mortale , si quis ad illationem gravis
mali graviter exarde scat : Quia initium
iræ exortæ in tali casu plerunque est
motus primō primus duntaxat . 2.
Quando cunque materia actionis , de
cujus honestate dubitatur , est valde gra-
ta appetitui , & aliquis advertit , se illi
non nihil adhæsse , aut alium effectum
non bonum secutum esse , vehemens
suspi-

suspicio est , non adsuisse , nisi semipelen
nam advertentiam : ut si quis advertat
extraordinarium appetitum erga ali-
quod genus cibi , & habenas se laxasse
cum aliqua oneratione corporis . 3.
Quandocunq; actio versans circa ma-
teriam gravem à persona benè morata ,
& valdè timida est suscepta , præsumen-
da est in dubio , non plenè consensisse .
Hinc non censetur contensisse , qui ani-
mum firmum & sæpe repetitum propo-
situm habuit non peccandi mortaliter .
Item , qui cum facile posset peccatum
exequi , & existens sui compos , pro vi-
tibus respuit , non enim affectus tam
facile mutatur .

Defectus perfecti consensus indic. 132
um est , 1. Si cum potuerit facile exe-
qui peccatum , non fecit . 2. Si dubitet ,
utrum consenserit . 3. Si ita affectus
sit , ut malit mori , quam deliberatè
mortaliter peccare . 4. Si valdè timide
& circumspectè se processisse meminit .
5. Si semisomnis erit , nec sui compos .
6. Si actio non sit intrinsecè mala , nec
in perniciem alicujus totius commu-
nitat.

mitatis (cujus bonum bono privato
preferendum est) vergat, & eam qui-
dem ex metu mortis, aut alterius gravis
mali suscipiat, v.g. metu mortis sine
sacris vestibus celebret: Concedat en-
sem furenti: teneat scalas furi, contra-
hat matrimonium cum impedimento
dirimente: porrigat Sacrosanctam Eu-
charistiam peccatori occulto.

113 Defectus materiae gravis ex fine, cir-
cumstantiis, ac numero actuum inter-
se colligatorum colligendus est: unde
peccat mortaliter, qui eodem die festo
sæpiùs parùm laborat, sicutque notabile
tempus laborando insunxit, aut qui die
jejunii sæpiùs parùm comedit cum in-
tentione perveniendi ad notabilem
quantitatem, non autem, qui diversis
diebus idem facit.

114 Nôrit Confessarius peccata, quæ ob-
levitatem suam non tollunt Dei ami-
citiam & gratiam, minuunt tamen fer-
vorem, & merentur pœnam tempora-
lem ex genere suo, censi venialia,
qualia ut plurimum sunt peccata con-
tra proprium bonum commissa, v. g.
iuss.

inutilis & vana concupiscentia , vana
oblectatio , prodigalitas , curiositas ,
superfluitas cultus & vestitus , nugae ,
otium , excessus in cibo & potu , som-
no , usu conjugii &c.

Insuper scire debet Confessarius , 185
peccatum veniale in mortale transire.

1. Ratione finis adjuncti : ut qui men-
titur ad extorquendam copulam car-
nalem .
2. Ratione finis ultimi , ut si
quis ita erga rem levem afficiatur , &
malit transgredi præceptum sub mor-
tali obligans , quām illam relinquere.
3. Ratione scandali vel ruinæ mortalis ,
proximo per illud creandæ , ut si quis
coram junioribus ex consuetudine ver-
ba blasphemiae sine blasphemandi in-
tentione usurparet .
4. Ratione periculi
incidendi in peccatum mortale : Ut si
quis partes occultas alieni corporis vel
sexus ex curiositate aspiciat .
5. Ratio-
ne contemptus , ut si quis legem Dei ,
aut regulas sui Ordinis , quātenus Ordi-
nem seu respectum ad Legislatorem di-
cunt , contemnat .
6. Ratione erroneæ
conscientiæ , ut si quis mortale putet ,
quod

quod tamen per se tantum veniale erat.

186 Sed & debet Confessarius discerne-re posse inter circumstantias aggravan-tes tantum intra eandem speciem, & inter mutantes speciem: Hæ quippe posteriores peccato novam specificam differentiam addunt: ut si quis 100. Hostias ex sacro Gazophilacio furare-tur; hic enim non furtum tantum, sed & sacrilegium committeret ob loci cir-cumstantiam.

187 Dignoscuntur autem circumstantiæ mutantes speciem sic: 1. Illa, quæ trans-fert actionem ad vitium alteri virtuti oppositum, ut qui furatur, ut adulterari queat. 2. Ob quam novum nomen exprimens illam novam malitiam ac-tui impositum est: penitus porrò res ex studiosa lectione poterit colligi.

188 Circumstantiæ aggravantes tantum faciunt, ut idem peccatum sit majus intra speciem suam: v. g. cum quis non tantum notabilem, sed valde notabi-lem Summam furatur, v. g. 100.

Distinctionem numericam pecca-torum

torum colliget Confessarius 1. Ex objectis numero diversis, & non materialiter tantum, sed etiam formaliter distinctis. Unde oscula, tactus, copulam antecedentia & subsequentia, unum numero peccatum constituunt, quia ad eundem actum & finem referuntur.

2. Ex morali Interruptione actuum, quae fit, vel per contrariam voluntatem & propositum; vel per liberam cessationem ab actu, vel per cessationem naturalem, v.g. per somnum, vel per distractionem, quae tamen in externis actibus tantum moralem Interruptionem facit.

Num porro plura objecta conjungantur in ordine ad unum grave peccatum constituendum, nōrit Confessarius: Quod quandocunque plures actiones per intentionem operantis ordinantur ad unum actum constitendum, tunc inter se uniri dicendae sunt: sic qui plura minuta furatur cum Intentione ad notabilem quantitatem pervenienti, graviter peccat, secūs, si secūs.

291 In indagando numero peccatorum
caveat, 1. Ne cum nausea & tædio
pœnitentis numerum extorqueat, si
ex dictis eum potest probabiliter &
moraliter conjicere. 2. Minus exactè
quærendus est de numero, qui multa,
quam qui pauca confitetur: nec pru-
denter sic argueretur: si hanc quæstio-
nem proponerem pœnitenti, distinc-
tus intelligerem peccatum. Ergo tene-
or sic proponere. 3. Dum certus aut
probabilis numerus haberi nequit, sat
est, dicatur consuetudo peccati, & tem-
pus, ac frequentia in die, septimanâ,
mense, &c. 4. Rustici agrestè confieri
soliti, non sunt cogendi ad repetendas
Confessiones indoctis Parochis factas,
utpote bonâ fide confessi, & unifor-
mem vitæ rationem habere soliti, ut
ita ex unius anni Confessione facile de
reliquis conjectura fiat, nisi accidenter
constet, subinde notabiliter scelestiùs
vixisse.

§. XXIII.

De prudentia Confessarii quoad propriam, & alias personas.

PRæscribit prudentia Confessatio 1. 192
Ad tam ponderosum & sacrum opus accuratam præparationem , tum remotam , consistentem in dotibus Confessario necessariis procurandis, de quibus sat hactenus dictum est ; tum proximum , consistentem in ardente Zelo & desiderio dignè, sanctè, utilissimè, purissimâ intentione tam sancto munere fungendi.

2. Solidam assecurationem, ne dum 192
alioslucrari nititur, perdat sese, destruatque incolumitatem , sive corporis sive animi : corporis , cum noxia pertinacia intentendo , tam sancto licet operi. Speciatim caveat , ne os & nares pœnitentium ori directè obvertat , noxiunque & fœtentem halitum in corpus sibi attrahat. Manum proinde & strophiolum , vel cottam inter se &

pœnitentem ponat, ut neuter halitum in alterius faciem queat emittere, pestis præcipue tempore.

124 3. Deligat item certos Patronos, qui tam sibi, quam pœnitenti necessaria à Domino Deo impetrent auxilia, tueanturque à periculis mali & erroribus. Armetur quodque contra tentationes purissimâ solius Dei gloriam & proximi salutem quærendi intentione, forti & charitativâ patientiâ, animi quodque fortitudine, & sancto Dei timore, vano hominum timori opposito, ut audeat, cum oportuerit, clavum clavo pellere, nec timeat eos, qui corpus tantum possunt occidere, sed illum, qui corpus & animam perdere potest in gehennam. Et exinde audeat obsecrare, arguere, increpare, prout necessum & salutare agnoverit. Oret denique multum tum antè, tum in ipsa Confessione, saltem per crebra suspiria; tum post Confessionem, ut sic tam gratiam obtineat & auxilia, quam erratorum veniam.

125 4. Meliorationem propriam in eō
con-

consistentem, ut Confessarius ex auditis Confessionibus novos concipiatur stimulos pietatis & virtutum, dum aliorum audiens peccata, non modo compatitur, sed etiam recognoscit letalia patraturum fuisse, nisi Dominus Deus eum præservasset. Quæ vero aliis consulit, sibimet applicet exercenda: dum item alios tam teneræ advertens Conscientiæ & pios, de propria erubescat desidia & incuria. Dum item gaudet se suis Consiliis aliorum promovere meliorationem & salutem, etiam Dominum Deum laudandi exinde attripiat ansam.

s. Quoad alias personas, præscribit 196 iterum prudentia. 1. Cautam interrogationem, de qua jam supra. 2. Solidam Instructionem in solvendis dubiis & dandis consiliis, ut ne præcipitanter respondeat, ubi de veritate certus non est, sed tempus rem considerandi petat, prout id fieri potest: Nec facile scripto alias consulat cum sigillum violandi periculo. Non tamen etiam sibimet fidat nimium, & quæ salubriora sunt a-

liis, consulat pro rei, & statūs veleligendi, vel electi exigentia. 3. Discretam correctionem, habito respectu ad peccatorum quantitatem, viresque Pœnitentis. Suppeditando benignè salutaria remedia, & voluntatem bono modo ad fugam mali, & prosecutio nem boni oppositi concitando; industrie item conando, ut reconcilientur dissidentes, & inimici animi.

397 6. Post peractam Confessionem iubet prudentia, ut Confessarius Domino Deo gratias agat, varios virtutum actus exerceat, se reflecat, num omnia ritè peregerit, deque erroribus commissis doleat. Obliviscatur item auditorum, ita ut ne eorum species eum al latrent: secreti denique sit tenacissimus.

§. XXIV.

De observandis circa pueros & puellas.

398 E Xperientia docet, aestimationem &

& affectum in tenera atæte de hoc
Sanctissimo Sacramento conceptum
etiam in reliqua vita teneri: allaboran-
dum ergò Confessario, ut magnam ejus
æstimationem & amorem pueritiae in-
generet, eoque modum fructuosè id
obeundi doceat.

1. Attendant, dum accedunt confes-
suri, an priùs oraverint in Confessiona-
le, S. Crucem efforment, genua flect-
ant, benedictionem petant, brevem
formulam Confessionis generalis pro-
nuntient. Quidpiam autem horum o-
mittentes suaviter moneat, & quæ ig-
norant, commodè eos finità Confessio-
ne doceat.

2. Cum in pueritia præsumi possit 199
quædam insufficientia ad peccata legi-
timè agnoscenda, & explicanda, juvan-
di sunt aliquo modo, examine, post-
quam ea peccata explicaverint, quæ
sciverint. Interrogandi autem sunt, an,
& quando confessi sint, quæ peccarint,
nec facilè interpellandi. Si porrò vel
nulla, vel paucissima peccata narrarint,
intetrogari possunt de levibus defecti-

bus & peccatis, ac etiam omissionibus
piarum consuetudinum & orationum,
ut sic paulatim exinde discant, quid fa-
ciendum, quidque vitandum sit. Lau-
dandi etiam subinde, aut blandè mo-
nendi de vitandis defectibus, ne si rigi-
diorem ad vertant Confessarium, ab-
sterreantur ab enumerando peccata, &
à frequentiore Confessione. Cautè eti-
am interrogandi sunt, ne quid docean-
tur mali, quod ignorabant. De nume-
ro plerunque non sunt interrogandi,
cum quia peccata mortalia non affe-
runt: cum quia vix cum utilitate nu-
merum explicare possunt. Interim ta-
men etiam interrogandi sunt, an fre-
quenter hoc vel illud fecerint, prout
prudentia Confessarium monebit.

200 Quoad articulos fidei necessitate
medii sciendos, plerunque supponi
potest, eos sciri ab iis, qui annos discre-
tionis nacti & apti ad absolutionem ju-
dicantur, utpote qui prius instrui solent
& facile nōrunt Deum esse & justis cœ-
lum, injustis infernum præparasse.

201 Ad articulos autem necessitate præ-
cepti

cepti sciendos quod attinet, Confessa-
rius per se nullo præcepto magis obliga-
tur, quam quivis alius ex præcepto Cha-
ritatis, cum in Confessione Judicis tan-
tum, Medicique ac Doctoris munere
fungatur in iis rebus, quæ ad peccata &
obligationes inde fecutas pertinent,
nullo verò jure cogatur pœnitentem
juvare, ut satisfaciat obligationi suæ,
ut patet in restitutione & similibus. Ac-
cedit, quod prudenter supponi po-
test, Parochos, Catechistas, Parentes
talem Instructionem fecisse, aut factu-
ros.

Debent etiam ejusmodi Instruc-
tiones omitti, aut in aliud tempus differri
in concursu populi, Et si non scirent ad
Confessionem necessaria, possent di-
mitti absqne absolutione, moniti, ut
alio tempore veniant. Si tamen ad
Confessionem apti viderentur, & qua-
rerent, num communicare liceret,
posset breviter Confessarius examinare,
& instruere de necessariò sciendis, de
Sanctissimâ Communione, & capaces
repertos admittere. Si tempus suppe-
rat,

tat, laudabilis charitatis actus erit, illos probè instruere de omnibus.

203 In dubio de sufficiente rationis uia absolvendi sunt sub conditione. Sufficiencia autem rationis colligitur 1. Si distinctè peccata explicit, secùs si nihil per se dicere possint, aut velint, aut certè non nisi formulas quasdam à parentibus vel instructoribus haufas.

204 2. Ex modo respondendi, si scilicet quaestiones bene percipient, & aptè respondeant: secùs si ad omnia affirmativè respondeant, etiam si Confessarius formarit quaestiones contradictoriè oppositas.

205 3. Ex modo agendi sub Confessione, si enim clathris nugentur, aut saepe oculos ad ea, quæ extra Confessionale aguntur, convertant, aut similia agant, & magna indicia præbeant imperfæ rationis; nisi aliundè certiora iudicia hauriantur, sub conditione absolvendi erunt.

206 4. Cum experientia doceat eos nil minùs, quam de dolore requisito cogitare, aut etiam non nosse qualis requiratur,

ratur, ad eum disponendi sunt blandis modis, & ita ut modum delendi inde discant, saltem per modum attritionis, ob cœlum & infernum, &c. suntque simul inducendi ad propositum emendationis.

Præstat modicam pœnitentiam eo.
dem statim die post Confessionem per-
agendum iis imponere, quam aliam, aut
obliviscendam, aut obiter persolven-
dam more ipsorum; ut sic etiam assue-
fcant mox se ab ejusmodi onere ex-
pedire. In diebus Indulgentiarum con-
sultissimum est, iis imponere ipsas pre-
ces, quæ ad lucrandas Indulgentias re-
quiruntur, nec multum laborandum
de requisita intentione iis inculcanda,
cum vix eam capturi sint, & aliunde
probabilius judicetur, non requiri in-
tentionem lucrandi, ad hoc ut eas quis
obtineat. Poteſt tamen subinde eis im-
poni, ut in magno aliquo festo iterum
confiteantur, aut communicent, ut sic
bonam consuetudinem faciant. Ex-
hortandi, dehortandi sunt dulciter &
amabiliter, propositis etiam congruis
exemplis aut suppliciis aliorum. Vix

208 Vix septimum aut octavum annum
egressis, rationis autem capacibus, in
articulo mortis dari potest S. Commu-
nio, si ad eam sufficienter disponi pos-
sint: imò aliqui putant debere dari ex
præcepto, quia etiam jam tunc valde
subinde indigere possunt. Spectando ta-
men Ecclesiæ præceptum, non est ne-
cessaria Communio in tali casu, cum
plures doceant ante annum 12. nem-
nem obligari S. Communionem. At
tendatur consuetudo, & fiat, quod
prudens ratio consultius esse dicta-
rit.

§. XXV.

Quid circa Confessionem Adolescenti- um observandum.

209 **A**dolescentes plerunque exami-
nandi non sunt, nisi defectum
quendam advertat Confessarius vel in-
tellectus, vel alterius impedimenti, ob-
stantis quò minùs peccata sua cogno-
scere & explicare possent. Ex adole-
scenti.

scientium more facilè est nosse , de quibus interrogandi sunt communiter. Præpuè interrogantur de numero, ut sic adiscant eum ritè exprimere, Et item de deliberatione , gravitate materia & de intentione.

Qui de statu, maximè religioso con- 210
sultant , monendi erunt , ut rem probè
considerent, per crebras preces, SS. Cō-
muniones, aut certi cujusdam S. Patro-
ni invocationem divinum sibi lumen
& directionem impetrare nitantur, pa-
rati ad omnem instinctum divinum a-
gnitum.

Dum verò jam elegerunt statum , 211
ad prosecutionem ejus hortandi mo-
nendiq; erunt , ut proprium illius sco-
pum bene agnoscere studeant , vitia &
consuetudines pravas illi contrarias
maturè extirpare conentur, & è contra
ad virtutes eis contrarias comparandas
se comparent , ac contra difficultates
in eo occurseras , ad easdem generosè
superandas se muniant.

Juberi etiam possunt secundum 212
prudens dictamen, ut ad tempus quod-

dam servandæ castitatis votum emit-
tant, & ad ejusdem virtutis amorem
affectionem suum inflammare, & quid
quid castitati adversum horrere stu-
deant.

213 Si fortè ipsimet ante pubertatis an-
nos, nullo cunsulente Patre spirituali
(imò etiam cunsulente) votum casti-
tatis ad tempus emisissent, irritare i-
pater, vel qui ejus loco est, tutor pote-
rit, & in ejus defectum Confessarius
propter justas causas dispensare, ve-
commutare.

214 In Confessione ad dolorem requisi-
tum ordinariè à Confessario non sunt
monendi anxiè; solent quippe latè esse
instructi, & preces quasdam accom-
modas ex libellis præmittere doloris a-
etius continent, si tamen defectum
advertat Confessarius, in hebetibus
suppleat pro posse, securitatis gratiâ.

215 Pœnitentias illis tales imponere stu-
deat Confessarius, quæ illis bonas con-
suetudines ingenerent, nempe certas
devotiones, & subinde mortificatio-
nes & observationes sanctas, quibus pro-
rel.

rei exigentia addet adhortatiunculas
congruas, quas inter sat salutaris erit ad
quotidiani Sacri auditionem, & adden-
das eleemosynas juxta crumenæ vires
& bonum cordis motum admonitio.

§. XXVI.

De observandis circa Confessiones Juvenum.

JUvenes prudenter judicantur scire, 216
discernere inter circumstantias, &
mutantes speciem declarare : de nu-
mero peccatorum, cum eum soleant
confusè indicare, per particulam ali-
quoties, distinctius interrogari pos-
sunt.

Cum peccato mollitiei subjecti esse 217
soleant, prudens Confessarius facile eis
piè prescribere nōrit salutaria remedia,
scilicet frequentem Communionem,
officii immaculatæ Conceptionis B.V.
M. recitationem, SS. Passionis Domi-
nicæ meditationem, vel similia, con-
sulendo, peccatique illius gravitatem

exponendo, quod Toletus afferit esse emendatu difficillimum, ob quod plurimi devolvuntur ad inferos, de quo Joannes Benedicti afferit, nullum ad frugem redire posse, qui 33. annis in habitu hujus vitii vixerit, nisi extraordinariâ Dei gratiâ præveniatur.

218 Pœnitentiæ ipsis imponi poterunt eorum vitiis congrua. Prudens Confessarius ex dictis, & præsentis Confessionis qualitate & circumstantiis patet decernere, & similiter facilè judicabit, an & qualiter, ac quatenus exhortatio salutaris facienda, & utilites fieri possit.

§. XXVII.

De observandis circa Confessiones Rusticorum.

219 **H**os communiter consultius est examinari (nisi prudentiores reperiantur,) de talibus, qualia plerunque soliti sunt homines ejusmodi committere. Ordinariè non videtur necesse,

le, eos interrogari de numero in blasphemis, juramentis, detractionibus, turpiloquiis. &c. cum s̄pē talia apud ipsos ob defectum sufficientis intentio-
nis, vel deliberationis à peccato mor-
tali excusentur, nec facile numerum
convenientem assignare queant: in-
terdum tamen etiam de numero inter-
rogandi sunt, saltem an quotidie?

Dum interrogandi sunt (ne omnia ²²⁰
confundant) expresse interrogandi sunt
v.g. an blasphemaverint per SS. Sacra-
menta, sanguinem &c. an omiserint
die festo sacram ex negligentia, vel cul-
pabiliter; an fuerint ita ebrii, ut ne-
scirent, quid agerent. &c. Mulieres
autem non facile interrogandæ sunt de
ebrietate, fraudatione tributi, nec de
turpibus actibus, nisi sint juvenculæ.

Interrogandi etiam de circumstan- ²²¹
tiis, saltem illis, quas explicare possunt
v.g. se furatos 10. 20. Circa detrac-
tiones & turpiloquia raro interrogandi
sunt, qualia fuerint, cum plerunque
non soleant discernere, an ex detractio-
ne secutum fuerit damnum, an turpilo-

quia fuerint contra honestatem , aut charitatem , an tantum ex levitate aut cosuetudine prolati.

222 Post omnes interrogations ultimum subiectenda est , an nullius gravis peccati adhuc ulterius conscientiam habent ? cum dixerint se ex aliis didicisse , quod similia in ebrietate protulerint , ulterius interrogandi non sunt , nec quippe prudenter cogitari potest , ideo se inebriasse , ut talia deinde proferant.

223 Si de talibus se accusent , quae ipsi peccata esse putant , cum non sint , interrogandi sunt , an pro gravibus peccatis ea habuerint , & sic inquirendum de numero . Deinde verò edocendi sunt , qualiter talia peccata non sint , & qualiter etiam talia sint licita .

224 Cum ejusmodi homines , uti dictum , uti & milites , injuriosè usurpare soleant sanctissima membra Christi Domini & sanctissimum sanguinem , v. g. perdat te sanguis Dei , vulnera , mors , passio , Sacra menta , Chrisma , &c. quae non ad perdendum , sed ad salvandum nos ordi-

ordinata sunt, & in quibus communiter homines apprehendunt magnam Dei rerum sacrarum vilipensionem, monendi sunt, qui sic blasphemādi habent consuetudinem, quod teneantur sub peccato mortali conari ad eam tollendam; quod si conari nolint, neget eis (cum discretione tamen) Confessarius absolutionem.

Sunt etiam ad imprecationem diorum ²²⁵ valdē proni & prompti, hic ergo sciendum est, talem imprecationem plerunque (maximè quando fit in illos, qui amantur ab irato) ob subitam commotionem, inadvertentiam, & defecatum seriæ voluntatis, non esse, nisi veniale peccatum, viderique esse ad instar interjectionis cuiusdam ad significandam iram.

Sed & si sibimet ex ira vel prava consuetudine imprecentur dæmonem v. g. Baldell. apud Busenbaum l. 3. tr. 2. de 2. Præcepto Decal. c. I. n. 10. censet esse tantum veniale peccatum, eò quod non graviter lædant charitatem. At alii non audent excusare à mortali,

propter fœditatem & horrorem. Certè d
tunc saltem grave censendum est, si lub-
diti superioribus, filii parentibus (et si
materialiter tantum) sic maledicant,
prælertim in faciem, quia est graviter
contra debitam reverentiam.

228. Quoad perjuria similiter rusticis, mi-
litibus, mercatoribus & aliis usitata
sciendum subinde simplices excusari à
mortali perjurio, dum ex inconsidera-
tione dicunt v. g. per Deum, per ani-
mam meam, puniat me Deus &c. Nec
enim in hoc apprehendunt gravem, sed
confusam aliquam tantum rationem
mali exigui momenti. Sed & si quis
mortaliter perjuret, imprecando etiam
sibi, aliis: Deus me, filium meum &c.
puniat, damnet, &c. non videtur ad-
esse aliam speciem malitiæ contra cha-
ritatem sui vel proximi, mortaliter pec-
caminosam, eò quod nec sibi, nec ami-
co ex animo talia soleant homines im-
precari, sed potius cogitent, id Domini
num Deum non faciurum.

229. Solet & his subinde difficultas esse
quoad Missam diebus Festis audien-
dam,

dam , ad quam s̄apē non possunt , vel
vel penitūs , vel saltem ad totam per-
venire. Pro his ergō notet Confessarius.

1. Quocunque motivum rationabile ,
quo quis bonā fide putat se excusari ,
excusat à peccato non audientem Mis-
sionem . 2. Excusantur , qui custodiunt ca-
stra , urbem , gregeim , domum , infan-
tes vel pueros in templi alioqui futuros
inquietos & aliis molestos , aut ægros ,
aut qui coquere , & similia præstare de-
bent , quæ non possunt omitti . 3. Qui-
bus periculum est gravis offensionis
Mariti , Parentum , Dominorum . 4.
Qui alioqui occasionem commodam
itineris v.g. socios amitteret , cum vi-
am ignoret , & pericula metuat . 5. Si sit
gravis difficultas eundi ad Ecclesiam ,
ob distantiam unius vel alterius millia-
ris Germanici vel etiam minoris spatii ,
maxime si via sit molesta , vel cœ-
lum pluvium . Habendaque est hic ra-
tio personarū , loci , temporis , con-
suetudinis . 6. Si quis non habeat ve-
stes statui suo , vel necessitati congru-
entes . 7. Satisfacit quis , ubiubi audiat
Missam ,

Missam, & etiam ubiubi stet in templo vel oratorio, modò ibi ex signis externis colligere possit, quid agatur à celebrante, sitque pars moralis illius multitudinis, quæ dicitur præsens. 8. Layman & alii durum putant mortalis peccati reum dicere, eum qui ab offertorio usque ad finem, vel ab Epistola, vel etiam secundum quosdam ab Evangelio usque ad finem, vel ab initio usque post Communionem audit Missam.

229 Si fateantur se ad pecora curanda adhibuisse & adhiberi petiisse incanatiōes, &c. Si ipsimet adhibuerint talia, scilicetandi sunt, qualia fuerint: Et siquidem nomina ignota, vel verba falla aut apocrypha, aut certus numerus, hora vel similia adhibeantur, plerunque sat ineptè, & vanam observantiam olen-tia reprobati debent, & suaderi, ut eorum loco aquam benedictam, vel certas preces Domino Deo, B. V. Mariæ aut aliis superis promissas adhibeant.

230 Sin ab aliis petierint talia adhiberi, plerunque periculum est vanæ obser-vantiaz, consulendum proinde ut ab-

stineant & potius ad spiritualia , aut certè corporalia licita & usitata confusiant. De numero autem talium peccatorum non opus est esse valde anxiūm , cum plerunque in similibus , in quibus est tacitum pactum , venialiter tantum peccari doceant Doctores , neque de specie superstitionis multum sollicitum esse opus est , cum doceant Doctores , eas inter se non differre specie. Si quæ videantur devotionis gratiā facere , quæ alioquin non sunt mala , aut inconvenientia , possent permitti agere.

Ad maleficiū quo pecus infectum 231
est dissolvendum , ordinariè non suadendum est , ut utantur operà rustici in malificiis dissolvendis famosi ; saltem enim dubium plerunque est , an tales homines sine novo maleficio maleficūm valeant tollere : potest tamen Confessorius tali pœnitenti dicere , ut ex illis hominibus sciscitetur , utrum naturali & licito modo maleficiūm hoc tollere possint , & deinde si ii affirment , eorum operà utatur , hoc enim licere

Docto-

Doctores asserunt. Attamen consulti
us est suadere , ut ab hujusmodi me-
diis abstineant , & Domino Deo , ac su-
peris confisi de cœlo exspectent auxi-
lium.

232 Si qui sint , è quibus post multas in-
terrogationes nullum peccatum extor-
queri potest , absolvendi tamen sunt
èò quod impotentes censeantur ad pec-
cata in specie explicanda , sicque per
inde absolvi debeant , ac moribundi , qui
pro signo tantum de peccatis in com-
muni se accusant . Quod quidem spe-
culativè verum esse potest , in praxi ta-
men conaberis saltē de præteritis quod-
piam elicere , dolore novo detestan-
dum , aut sine absolutione eum dimit-
tes , monendo de non data absolutione ,
id quod pluriès effecit , ut territi pecca-
ta narrārint .

233 Ex mente Gregorii Teretis , si rudes
peccata explicare non potentes adver-
teris esse bonæ mentis , & non ita pri-
dem confessos , ad contritionem dispo-
sitos , eos cum Misereatur tui , &c. In-
dulgentiam , &c. sine absolutione po-

tes dimittere: Sin diu non sint confessi, tuitius est, interrogatos de tot interim commissis peccatis venialibus, & magna incuria vivendi piè & agnoscendi peccata, & monitos ac spondentes majori se curā in vigilaturos absolvere, cum talis incuria sine dubio involvat aliquam culpam.

Quamvis neget *Coning.* esse probabi-
lem sententiam, quæ docet, quod quan-
do adest tanta turba confiteri volenti-
tium pro aliquo celebri festo, ut Sacer-
dos nequeat omnibus satisfacere audi-
endo omnes integrè possit singulis di-
cere, ut aperiant graviora mortalia, &
reliqua differant in aliud tempus. Go-
bat tamen sentit quidem contrarium
esse probabile, eò quod si probè exami-
nentur causæ, ob quas ex omnium, aut
certè multorum sententia potest dimi-
diari Confessio, appareat, non posse ne-
gari probabilitatem hanc speculativam
& practicam. Gobat tr. 6. N. 479. At
nunc propter declarationem Innocen-
tii XI. Anno. 1679 die 2. Martii fac-
tam attendendum; damnat enim ex-

presè sententiam docentem licere sus
cramentaliter absolvere dimidiatè tan
tùm confessos , ratione magni concil
sus pœnitentium , qualis potest com
tingere in die magnæ alicujus festivit
tatis vel Indulgentiæ.

235 In hoc ergò casu Confessarius I.
mittat quæstiones de peccatis veniali
bus. 2. Colloquia , exhortationes , in
structiones non summè necessarias. 3.
Formet ipse quæstiones ad vitanda
ambages. 4. Omittat orationes , pra
& post poni solitas. 5. Poterit , si velit
ut tradit R. P. Lohner , sequi sententia
m docentium , non teneri Confessariu
m interrogare pœnitentem , atque ade
dò uno vel altero peccato intellecto
mox poterit interrogare , an nihil amq
plius conscientiam gravet , & neganti
quid nosse , imponere pœnitentiam ta
eumque absolvere.

236 Rusticis in pœnitentiam plerunque
preces imponendæ sunt , quas etiam ti
mox , aut proximè expedire valeant .
Interdum etiam auditio concionis &c
Catechismi : observetque Confessarii

sus, ut si graviora peccata attulerint
coordinariè illis Rosaria imponat (nisi ob-
cul indulgentias mitius agendum sit) quia
omnaliquin nimis levem pœnitentiam
ivputant esse impositam, iterumque pec-
cata illa confitentur.

§. XXVIII.

De culpabiliter integrè confiteri malentibus.

PER se & ordinariè integritas mate 237.
rialis, id est, omnium peccatorum
immortalium post debitam inquisitio-
nem memoriae occurrentium enarratio-
ne necessaria est, tam quoad speciem,
quam quoad numerum, & quoad du-
bium de his. Formalis autem integri-
tas (quæ præcisè peccata illa exprimun-
tur, quæ conscientia dicit, hic & nunc
esse exprimenda) in genere loquendo
tunc sufficit, quando materialis inte-
gritas vel physicè non est possibilis, vel
certè moraliter est impossibilis, id est,
sine gravi damno proprio aut alieno

haberi non potest, & aliunde necessitas
urget ad Confessionem peragendam.

- 238 Impedient integritatem Confessio-
nis plerunque septem obstacula. 1. Ne-
gligentia in examinando. 2. Verecun-
dia & pudor. 3. Timor pœnitentiae.
4. Metus restitutionis faciendæ. 5. Ti-
mor infamiae apud Confessarium in-
currendæ. 6. Dissidentia & desperatio
peccati vitandi. 7. Pertinacia quædam
& obstinatio in odio erga inimicum
concepto.

239 Impedimentum negligentiae remo-
vebit Confessorius, ostendendo necel-
litatem majoris attendentiae & inqui-
sitonis, & quam noxia sit hæc negli-
gentia, utpote quæ obstat, ne peccata
dimittantur.

- 240 Verecundia impedimentum remo-
vere poterit. 1. Benignè valde agen-
do, & divinam misericordiam exag-
gerando. 2. Item monendo, multa ab
aliis fædiora fuisse resolute narrata.
3. Monendo quoque, quam terribilis alii
equin pudor coram toto mundo in die
Judicii sustinendus foret, vel narrando
tradicione.

tragicum exemplum quoddam ob pudorem integre confiteri nolentis.

Timorem pœnitentiae removebit ²⁴¹ imponendo levem , spondendo se partem pœnitentiae subitum , modum indicando satisfaciendi per Indulgencias , exaggerando longè acerbiora tormenta inferni vel purgatorii.

Reliqua impedimenta prudens Con- ²⁴² fessorius facile removebit per bona cō-
silia & monita , quæ sibi suppeditent , si implemet subinde officium suum con-
cernentes , & de rebus spiritualibus ,
Confessionisque Sacramentum attin-
entibus libros inspexerit , & ejusmodi
consilia ab aliis suppeditata sibi aliis
proponenda adnotaverit .

S. XXIX.

*Quid cum inveteratis peccatoribus
observandum.*

Sunt inveterati , qui sine serio emen- ²⁴³ dationis proposito quotidiè pec-
cant , nec adhibent remedia ad evitan-

da peccata necessaria. In specie horum tria sunt genera. 1. Qui odia & ini-
micitias deponere nolunt. 2. Qui inju-
stè possessa restituere nolunt , etiam
cum possent sine gravi damno. 3. Lu-
xuriosi, vel qui jam contractam haben-
tes consuetudinem , aut occasionem
proximam , cum possint & debeant,
deferrere nolunt.

- 244 Ante omnem curationem Confessa-
rius 1. Ardenter pro iis oret , maximè
sub Sacro , in Consecratione & Com-
munione Deum in manibus habens.
2. Vocet SS. Angelos custodes & Patro-
nos utrinque in subsidium. 3. Quæ-
dam spiritualia opera misericordiæ pro
animabus in purgatorio perficiat. 4.
Singularem erga pœnitentem ostendat
charitatem & mansuetudinem, ac con-
dolentiam. 5. Complexionem, & inge-
nium pœnitentis, & in quibus peccatis
in veteratus sit, probè attendat ; Tem-
pus item, seu diuturnitatem pravi ha-
bitūs. 6 Morbi radicem indaget, eam-
que etiam pœnitenti patefaciat , & in
aliorum similiter factis fæditatem &
turpi-

m turpitudinem, ceu in speculo ostendat.
 i 7. Non omnes simul ejus morbos cu-
 u randoſ ſuſcipiat, ſed ſenſim & paula-
 m tim, priuſque aggrediatur morbos peri-
 u culosos magis internos, aut etiam ex-
 n ternos aliis graviter noxios. 8. Mor-
 ; borum occaſiones, cauſas, reliquias
 ; auſſerre ſtudeat. 9. Illis personis magis
 ; & priuſ intendat, quibus magis, ſive
 ; charitatis, ſive neceſſitudinis titulo ad-
 è ſtringitur.

246

Media adhibenda ſunt, vel lenia, vel
 acria, pro rei exigentia & aptitudine.
 Lenia ſunt v. g. 1. Crebra ſuſpiria. 2.
 Frequens Confefſio, & Communio. 3.
 Sanctorum Patronorum electio & in-
 vocatio, eorumque per certa pietatis
 & mortificatiōis exercitia veneratio 4.
 Miſericiordia in paupēres & defūctos. 5.
 Examinis particularis uſus. 6. Noctur-
 nae contritionis ſeriæ exercitium. 7.
 Aspectus S. Crucis, cum tali v. g. cogi-
 tatione, quaſi Christum Dominum de
 cruce dicentem audiret: Fili mi, non-
 dum me ſat vulnerāsti peccatis tuis?
 Parce tandem mihi, Patri, Redemptori

Vel, ò peccator, spernis mea vulnera
 & misericordiam, & me cogis ad damnationem tui? O miserere animæ tuæ
 placens Deo! 8. Lectio frequens de quatuor novissimis, æternitate, & speciatim de horrendo peccatorum exitu
 & suppliciis.

¶47 Media actiora sunt 1. Afflictiones corporis, jejunia, cilicia, flagellaciones & similia. 2. Incutere terrorem Iudiciorum Dei, & tam temporales, quam æternas subeundas ostendere. 3. Correctiones actiores & reprehensiones discrætæ pro ratione peccatorum, personarum, temporis, occasionis que aptæ, &c. Seniores nempe reverentiūs excipiendi sunt: Et qui magna contritionis signa ostendunt, similiter mitius habendi sunt: Nec non & illi, qui timidioris & pusillanimis conscientiæ sunt, aut etiam ingenii exulcerati; Soli autem pœnitentes durioris naturæ, & exiguae capacitatis durius, at etiam cum sale excipiendi sunt, & ita tamen, ut appareat, quod charitas Christi urget nos, & desiderium salutis eorum,

rum, sive medicamina haec spiritu-
alia non violenter, sed paulatim & mo-
deratè applicentur: consulendum eti-
am pudori infirmi, ut non publicè re-
veletur ulcus, quod occultè poterit cu-
rari.

248

Nec porrò, etiam si subinde pœni-
tens contra applicationem talium me-
diorum ohmurmuret, absterrerit se si-
nat Confessarius; sed potius Domino
Deo filius & Superis, animosè pergit, &
perficiat munus suum, arguat, incre-
pet, obsecret, in omni patientia & doct-
rina, sive tandem divino opitulante
auxilio evincet.

249

Unum adhuc monuerim, ut circum-
stantias, tempus & occasiones, ac di-
spositiones pœnitentis probè advertat
Confessarius, & prudenti judicio adhi-
beat medicamina, nec in ullo se præci-
pit: cordique habenda admonitio,
quam R. P. Casparo Barzeo l. 4 c. 23.
vitæ s. Franciscus Xaverius dedit, ut
scilicet Confessionem non continuò se-
quatur absolutio, sed biduum triduum-
que detur pœnitentium pectoribus,
cer-

certarum rerum meditatione præparandis, ut interim peccatorum maculas lachrymis, ac voluntariis eluant pacnis, restituant, si quid cui debent; si multatibus, si quas habent, depositis, redeant cum inimicis in gratiam, à libidinis consuetudine, ceterisque, quibus implicati sunt flagitiis, expediantur.

250 Hæc omnia absolutionem præcedant reclus, quam sequuntur. Hujusmodi namque homines in ipsa Confessione promittunt secunda facturos: Post absolutionem fidei datæ immemores promissa irrita cadere permittunt: laborandum proinde est, ut sic absolvendi praestent, quod præstare tenentur absoluti.

251 Post Confessionem attendat Confessarius 1. Ad fructum inde secutum: 2. Non turbetur, si per media se nihil effecisse ad vertit. 3. Fortiter etiamnum al laboret, & imperterritus, non præscribendo tempus divinæ justitiae, aut misericordiæ, sequens exemplum S. Angeli custodis cum magna patientia curantis

tis jugiter clientem refractarium : audiatur etiam à S. Bernardo l. 4. de compunct. c. 7. suppeditatum solatum : Noli diffidere, curam exegeris, non curationem : Denique audisti, curam illius habe, & non cura, vel sana illum, tu fac, quod tuum est, Deus quod suum est, faciet, & absque tua sollicitudine & anxietate curabit. Planta, riga, fer curam, & tuas explevisti partes, sanè incrementum, ubi voluerit, dabit Deus, non tu : ubi fortè non voluerit, nihil desperibit tibi, reddet autem Deus mercedem laborum Sanctorum suorum, de qua sapientissima, & millies benedicta Virgo Mater JESU Maria erga S. Brigittam asseruit, quod si duo mercenarii ex praescripto Domini foderent montem durissimum, & unus inveniret aurum electum, alius verò nihil, æquali tamen uterque propter laborem & voluntatem dignus esset mercede,

§. XXX.

De observandis circa cupidos pie vivere.

252 **H**os pro exigentia & prudenter acceptata occasione moneat i. Ut triplici officio satisfaciant, nempe tum hominis, quâ talis, ut scilicet secundum naturam suam & dictamen rationis vivant, atque adeò naturalia Præcepta in Decalogo tradita studiosè servent. Tum hominis Christiani, ut scilicet Christo Domino, prout valent, moribus æquentur, id est, sacra ejus obseruent mandata, doctrinas & monita tum hominis in certo statu constituti, vivendo secundum ejus exigentiam.

253 Illis, qui juvenilem ætatem in peccatis insumpserunt, suadeat i. Ut antea omnia recognitent in amaritudine animæ suæ annos exactos, & generali, vel sincera Confessione expient animam. 2. Serotini examinis quotidiani con-

Scientiae suadeat exercitium, in quo & agnitos defectus deplorent, & de continendo ab eis forment propositum, firmumque desiderium excitent in justitia progrediendi amplius, & de agendis altera die disponant. 3. Statuat tempus Sanctissimæ Confessionis, & Communionis peragendæ. 4. Consulat usum & ruminationem piarum sententiarum & divinarum legum, ac salubrium doctrinarum rememorationem crebteriam.

Magistratibus, Judicibus consulat 254
 1. Considerationem sui officii. 2. Assiduum timorem Domini. 3. Cautelam à periculis, quibus officium subjectum est v. g. ab injustitia, acceptatione personarum, & munerum. 4. Diligentiam & amorem aequitatis in omnibus.

Patribus & Matribus familias consulat 255
 1. liberalem sustentationem Domericorum. 2. Christianam eorum institutionem. 3. Paternam & herilem correctionem, id est suavem cum leviriore permixtam, ni subinde plus aliquid rigoris exigatur. O Ma-

256 Maritis consulat 1. Synceram dilectionem uxoris. 2. Ejus liberalem sustentationem. 3. Honorationem ejus. 4. Salutarem admonitionem. Uxoribus idem consulat 1. Concordem dilectionem mariti. 2. Timoratam ejusdem reverentiam. 3. Perfectam & promptam subjectionem. 4. Cautelam à suspicionum & Zelotypiæ ansa (quæ etiam consolenda maritis est.) 5. Amorosam beneficentiam & obsequia.

257 Liberis consulat amorem erga parentes ingenuum, filialem reverentiam, alacrem obedientiam, studiolam honestatis curam. Famulis, & ancillis consulat obedientiam perfectam, fidelitatem synceram, alacritatem in obsequiis, indefessam, & templorum, quoad, per heros & heras ac famulatum liguerit, frequentationem.

258 Divitibus consulat, ne sublimè sapiant, ne sperent in incerto divitiarum, & ut bene agant, pauperibusque sint munifici & liberales. Opificibus, & Operariis consulat bonam intentionem, affiduitatem in opere, Justitiam post opus,

opus, & ne mercedem luridè prodi-
gant.

Pauperibus patientiam, & ut con- 260
tenti sint statu suo, fiduciam in Deum,
orationem assiduam, & fidelem probe-
defactoribus.

Senibus suadeat præparationem ad 261
mortem, bonum exemplum, & doct-
rinam juvenibus dandam, devotio-
nem, Temperantiam.

Viduis insignem vita honestatem & 262
integritatem, constantem ad Domi-
num Deum fiduciam, assiduum ora-
tionis studium, prudentem charitatem
erga liberos & domesticos.

Virginibus consulat magnam æsti- 263
mationem statûs virginei, cogitatio-
nes sanctas, vitationem colloquiorum
periculorum, & occasionum mala-
rum, à nimio luxu vestium abstinenti-
am, morum honestatem præclaram.

§. XXXI.

De observandis circa Hæreticos.

264 **N**otandum, quod sint quatuor hæreticorum genera, vel enim sunt pertinaces, quia ex superbia & obstinatione in errore suo persistunt, ne videantur à veritate convicti. Vel sunt zelosi, qui ex ignorantia potius, quam ex pertinacia suam Sectam S. Evangelio conformem esse tenent, parati potius mori, quam ab ea discedere. Vel sunt frigidi, qui scilicet suos errores cognoscunt, veletiam parati sunt eos depnere, ast ob frivolas excusationes in erroribus perseverant. Vel denique sunt dubii, qui simplici, ac recto corde veritatem quaerunt, & de ea desiderant informari.

265 Media juvandi Acatholicos ex parte Confessarii sunt 1. Oratio assidua 2. Bonorum operum exercitatio. 3. Inductio, ut templa nostra frequentent, & audiant conciones. Amica Conversatio;

satio, quâ paulatim, non statim direc-
tè errorum impugnatione, sed solùm
ostensione placidâ eorum disponantur
ad dubium & diffidentiam de illorum
veritate. 5. Benevolâ exhortatio, ut
animæ suæ salutem cordi habeant, &
id præ omnibus agant, ut veræ fidei
certitudinem assicuti, certa eo ipso asse-
quantur salutis æternæ adipiscendæ
media, ac proinde eum in finem etiam
ipsi exerceant opera virtutum, orent,
dent Eleemosynas &c. 6. Inquisitio,
qua de causa, occasione, motivo Ca-
tholici fieri cupiant.

266

Attendendum, quales zelosi, frigi-
di, pertinaces, dubiivè sint, & cui hæ-
resi addicti, & quantum in ea sint in-
structi & radicati: ostendenda deinde,
in quibus utrinque conveniamus, aut
discrepemus. Nostorum item articu-
lorum & dogmatum ob oculos ponen-
da probabilitas, sive ratio, sive autho-
ritas Ecclesiæ, & SS. Patrum, sive exem-
pla & miracula Sanctorum spectentur:
Eximendæ item falsæ persuasiones,
quas à Doctoribus suis mendacibus de-

nostris rebus, & dogmatibus hausere.
Attendendum quodque, cui Articulo
tenaciū adhæreant, cuius proinde fal-
sitas ante omnia est demonstranda.
Observanda item impedimenta eos à
sancta fide amplexanda retardantia.

267 Nitatur, ut eis horrorem Confessio-
nis, quem habere solent, eximat, Sacra-
mentum autem hoc secundūm omnes
partes suas bene explicet. Caveat eti-
am, ne rigidum nimis examen inci-
piat, nec etiam longos Catalogos, qui
specula confessionalia vocari solent,
obtrudat, cum similia difficultatem
augeant. Moneat, ut ipsi, quoad po-
terunt, sua peccata adnotent, absque
tamen cruciamine in examinando se;
ipsumet autem Confessarius per blan-
das interrogaciones reliqua suppleat.

268 Caveat insuper, ne ob gravia pec-
cata patrata graviū increpet, laudet
potius eorum in confitendo sincerita-
tem, & ad emendationem deinceps eos
moneat. Pœnitentiam deinde ab ini-
tio non gravem imponat, ne imposte-
rum confiteri horreant,

Etsi autem Doctores doceant, hæ-²⁶⁹
reticum materialem tantum à quovis
approbato Sacerdote absolvi posse, quia
tamen Confessarius facile potest in suo
Judicio decipi, tutius est, ut si ipsem
non habet, mittat ad habentem facul-
tatem absolvendi ab hæresi.

Notandum porro, adeò omnium ²⁷⁰
consensu connexa esse censuram, &
peccatum, ut peccatum sine censura
nunquam reservetur Pontifici, & abla-
tā cujusque peccati Pontifici reservati
censurā, hoc ipso etiam conseatur sub-
lata reservatio culpæ. Sanch. l. 2.
Moral. c. 8. n. 5. Quare si hæreticus
ratione ignorantiae censuræ, Excom-
municationis eam non incurreret,
peccatum etiam ejus potest à quovis
Confessario absolvi, cùm non sit reser-
vatum. Idem docet Fando in Decalog.
P. I. l. 2. c. 1. §. 8. Bona gratia v. ab-
solutio.

Dum professio fidei facienda est, e. ²⁷¹
jus formulam, aut ipsis prælegat, aut
prælegendam tradat. Testem deinde
adhibeat unum, alterumve, qui pro-
fessi-

fessioni præsens sit, si fieri queat coram
 S. Altari facienda, & si pœnitens con-
 tentus sit, sub sanctissimo Missæ Sacri-
 ficio, antequam sanctam Communio-
 nem accipiat, post factam ad Confiteor
 à Ministro recitandum à Sacerdote ge-
 neralem abſolutionem, post quam eum
 faciat recitare professionis formulam,
 in cuius fine binos digitos S. Evangelio
 imponere faciat, & tum demum S.
 Communionem ei præbeat.

272 Gratuletur ei deinde amicabiliter
 & professionis suæ testimonium peten-
 ti det, aut si consultum videatur, ut is
 etiam professionem suam in scripto
 tradat Confessario, procuret, ut fiat!
 Deniq; si quam poterit etiam aliam ei
 exhibere charitatem, non tamen mag-
 nam in se sollicitudinem suscipiat ad
 procurandas pro iis pecunias, aut pro-
 movendi eos ad officia, nec etiam illis
 se nimis familiarem faciat, eorum au-
 tem in fide perseverantium commen-
 det.

273 Ut autem ad quasdam circa hæreti-
 cos occurrentes difficultates facili re-
 spon-

Ipsione Confessarius consulete pos-
sit, placuit etiam, quæ sequuntur, hic
apponere. 1. Hæreticus recens con-
versus, inter hæreticos habitans, po-
test libros, quos habet, hæreticos ven-
dere, habentibus licentiam tales libros
legendi. Aut si alioqui grave patere-
tur damnum, poterit vendere Biblio-
polis hæreticis, qui talium librorum
habent copiam. Nam per hoc rem Ca-
tholicam non redderet deteriorem, nec
ex illo actu cuiquam periculum cau-
sat perversio[n]is, cum in talibus locis
facile suppetat ejusmodi librorum co-
pia. Censetur etiam in tali casu, Ec-
clesiam non velle talibus grave dam-
num cauſare, sed potius favorem im-
pendere, ut facilius ad veram fidem al-
lificantur.

2. Qui item in paterna hæreditate 274
tales libros accepere in partibus hære-
ticorum, possunt eos damni gravis vi-
tandi gratiâ permutare pro libris Ca-
tholicis cum Bibliopolis hæreticis, tum
ob proximè dictas rationes, tum quia
per talem commutationem, vel vendi-
tionem

tionem non censetur mortaliter cooperari ad doctrinæ falsæ propagationem, sed tantum id agere, quod per se malum non est, ut damnum evitent. Sicut tamen res patiatur, expedit hujusmodi conversos hortari, ut potius zelo fidei Catholicæ libros hæreticos flammis absumant, & eos ad spem in divinam prævidentiam erigere.

¶75 Non est illicitum in hæreticis locis communicare cum notoriis hæreticis, cum ibi multitudo hæreticorum & necessitas excusat. Non licet autem Catholico, uti operâ hæreticorum in die Festo, licet alibi laboraturi sint, quia etiam hæretici obligantur Præceptis Ecclesiæ: atqui non licet sine gravi in commodo ab altero postulare, quod implimet sine peccato præstare non posset. Ergo. Nec refert, quod hæreticus nihilomininus laboraturus sit; luet enim propterea incute. Licet tamen præbere, vel dare aliquid hæretico perficiendum, quamvis existimetur id die Festo peracturus, modò ad hoc non inducatur. Sic enim præbens opus meri-

passim è habet ad illam Festi violatio-
nem , modò non sit operantis Domi-
bus, aut Superior , cuius esset procura-
re , ut à subdito Festa obseruentur.

Hæretico nubere, & cum eo pacisci. 276
Pars liberorum in hæresi, pars in Ca-
tholica Religione educetur, est pactum
per se impium & illicitum , quia jure
divino parentes tenentur filios ad ve-
ram Religionem informare, cui obliga-
tioni nullo pacto queunt renuntiare.
Potest tamen casus obvenire , quo ma-
trimonium cum persona hæretica lici-
tum, multumque momenti habiturum
videatur ad publicum bonum promo-
endum , neque tamen à marito v.g.
ullo modo obtineri queat , ut tota pro-
les in Catholica tantum Religione e-
ducetur ; tunc licitum erit , hac ratio-
ne pactum instituere , ut scilicet aliqua
pars prolis marito non impediente ad
Catholicam Religionem informetur ,
nihil interim quodad ceteros liberos
præjudicando juri Catholicæ matris ,
quò minus operam suam adhibeat ,
ut Catholicâ fide imbuantur. Ratio ,
quia

quia si nullum tale pactum & cautio in
hoc casu adhibetur, moraliter certum
esset, omnes liberos ex illo matrimonio
suscipieados ex prævalente Patris arbitrio
in hæresi educandos fore : ergo
aliqua suppetat via per se non illicita
quam saltem aliqui liberi conserventur
ea adhibenda est , talis autem via per
hujusmodi pactum obtinetur : quia
cum juri materno quo ad cæteros libe-
ros non præjudicet , sed solum patris
violentiam ex parte coërceat, non est
cur tale pactum per se & intrinsecè ma-
lum existimetur: Imò quia in tali casu
per se malum non appetit , omnino
licitè, ac prudenter tale pactum adhi-
bendum erit, si ut dictum, connubium
illud , & aliquorum liberorum pericu-
lum longè majori bono compensetur.

877

Non licet agere ædituum, aut orga-
nistam in templo hæreticorum , aut
pulsare campanas , quibus illi ad tem-
plum convocentur, quia sic quis direc-
tè cooperatur eorum ritibus , quod est
per se malum , nec ulla 'pe lucri potest
reddi licitum , aut honestum. Secus
dicen-

dicendum , si tales actiones fiant ob fi-
nem politicum , v. g. ad congregan-
dum Concilium vel Senatores ad con-
sultandum de rebus politicis , vel ad
nundinas, aliâs ve actiones civiles. No-
verit tamen Confessarius uti discretio-
ne , ut ne bonâ fide credentibus supra
dicta licere , nec à similibus non cessa-
turis , & si scirent non licere , ponat la-
queum.

Hæretico amico , aut honorato viro 277
ad se divertenti potest Catholicus in
die jejunii carnes apponere , si non pos-
sit sine magno incommodo , gravibus
querelis , & murmurationibus aliter fa-
cere , secùs si possit.

Venator , anceps , potest in Quadra- 278
gesima hæreticis lepores , aves vende-
re : quia hoc per se non est prohibi-
tum , & ad violationem Præcepti sat re-
motè cooperatur , & quibusdam in lo-
cis caro etiam palam venalis proponi-
tur pro facultatem habentibus èa ve-
scendi , quod ementium conscientiae
relinquitur : Sic etiam tabernariis licet
adventantibus hæreticis carnes appo-
nere ,

170 Directorium Confessariorum.

nere, si alioqui nollent illic diverti cum
gravi hospitis incommodo, item famu-
lis opificum peritis, alioquin nolle
operam suam magistro locare inde no-
tabile damnum passuro, modò absit pe-
riculum scandali: hoc enim non est ad
peccatum cooperari, sed tantum per quod
mittere, sed & pluribus in locis,
Catholici cum hæreticis mixtim
vunt, id usu receptum est.

179 Similiter marito urgente, ut uxo
Catholica carnes comedat diebus pro-
hibitis non ob Religionis contemp-
tum, sed ex causa domestica, potest u-
xor comedere cui alioqui difficilimum
foret, & cibis carere, & viri injurias, a
convitia tolerare. Idem dic de marito
Catholico à Conjuge imperiata, & pro-
terva alioqui graves perturbationes,
molestias passuro, secùs si secùs.

180 Hæreticus censetur, dubitans de ali-
quo puncto fidei cum pertinacia, &
proinde absolvendus non est, dum
debitè examinata vult adhuc sciente
in dubio suo permanere. Secùs si qui
dubit et tantum ex conscientia scrupu-

orto ex cogitationibus indeliberatis,
nunquibus non consentit, sed paratus est
admittere, & se Ecclesiæ judicio con-
formare.

Hæreticum librum ille etiam legere 181
potest, qui etiam sentit se esse abs-
que periculo alicujus damni inde pro-
venturi, nisi obtinuerit legitimè legen-
di facultatem. Ratio : quia de præ-
senti quidem firmus est, pedetentim
tamen ejusmodi lectione infici, infir-
mari, ac etiam perverti potest, & quia
eiusmodi lectio prohibita est, non so-
lum ob periculum damni lectoribus se-
cunturi, sed etiam in odium & pœnam
Authoris hæretici.

Quod si famulus jubeatur à Domi- 282
no legere librum hæreticum in con-
temptum fidei, nullo modo legere po-
test, sin ad alium indifferentem finem
id facere jubeatur, & famulus gravi me-
tu ad id adigatur, non peccabit, sup-
posito, quod nullum subeat propriæ
perversionis periculum, quia à præ-
cepto Ecclesiæ ob gravis incommodi
metum excusat.

- 283 Hæretici librum si plures partes complectatur, aut volumina, non peccat legens partem de hæresi, vel religione non tractantem, quia pars illa per se unus liber videtur, nec cum aliis partibus hæresin complectentibus confunditur.
- 284 Hæretici Typographi filio Catholico non licet typos pro libro hæretico imprimendo ordinare, torcularia premere, aut chartas apponere, nisi gravis omnino causa excuset. Si autem gravissimum incommodum meritò timeret, posset ad breve tempus talia facere, utpote quæ per se mala non sunt, si malus finis non intendatur, lex autem Ecclesiastica talia prohibens non censetur in tam gravi necessitate obligare.
- 285 Hæreticos libros alia ratione victum habere non potentem compingere posse inter libros alios docet Lessius, cum id per se malum non sit, nec desint alii, qui id facerent, sed & non compadiri adhuc legi possunt. Hæc sufficiat ac tulisse, ut in frequenter occurrente occasione

ta sione sciat Confessarius sibi, aliisque
consulere.

§. XXXII.

De observandis circa reos.

186

HOrum Confessionem ordinariè non expedit audire ante illis indicatam capitalem Sententiam, ne aliquin reticendo sinceram & validam Confessionem non faciant, sed potius ad contritionem animandi sunt, ut recuperato statu gratiæ fructuosam sibi faciant misericordiarum carceris tolerantiam. Facilius tamen ad Confessionem admitti possent, & varia ipsis dari monita, si de delicto manifesto & ab aliis non negato incarcерati sint.

Si confiteantur, se aliqua criminis etiam semiplenè probata negasse, non importunè eos urgeat Confessarius ad illa adhuc coram Judice confitenda, cum id eos licetè facere potuisse præclarri tradant Doctores. Maximum quippe Jus est ad propriam vitam &

187

bona temporalia defendenda , nec lex humana obligare posse videtur eum tanto incommodo. Nec etiam tenetur sic periclitans reus comparere in tali casu etiam citatus. Quia in tali casu semiplenæ probationis Judex quidem Jus habet citandi, interrogandi, at non obligandi non constrictos voto, aut Juramento ad obedientiam.

288 Nec absolutionē neget, nec cogat reūm ad revocationem, qui ex metu gravissimorum tormentorum coram Jādice falsum fibimet crimen imposuit, et si ob hoc ad mortem damnandus sit, quia alii contra alios probabiliter afferunt, id licitè facere posse reūm , eō quod vita non videatur digna , ut cum tanto dolore & pudore lecuto redimi debeat.

289 Neque etiam fugam suadeat , aut quoquo modo ad eam cooperetur Cōfessarius , non obstante , quod alii , qui non sunt ministri Justitiæ, licitè coope rari valeant ; alioquin enim Confessa riū sibi , totique Clero & Religioni grandem aversionem Judicum creare,

& efficere posset, ut deinceps non tam liberè permetterentur Sacerdotes agere cum reis. Pecuniam tamen eis faciliùs deferre posset, non ut fugiant, sed ut miseriis suis melius consulant.

Convicto quidē & propterea damnato, at crimen constanter etiam in Confessione neganti absolutionem dare potest, (quia in fōto interno reo credendum est, monere tamen debet de obligatione fatendi, si reverā crimen commiserit, si saluti suæ prospectum velit, ut autem in tali casu innocentiam ejus Judici aperiat Confessarius, aut pro reo intercedat, neutquam consultum videtur, cūm ex una parte Jūdex crediturus non sit, ntpotè secundūm allegata & probata procedens; ex altera verò parte rei occasionem arrepturi sint, sua crimina audaciùs celandi, si advertant, Confessarios hoc onus suscipere.

Etiam in aliis casibus non recipiat in se patrocinium supplicii remittendi: quia sic reum non posset tām commodè disponere ad officium suum facien-

dum, utpote, qui semper haberet spem
vitæ per Confessarium obtainendæ, et si
spe caderet, animum ab eo penitus a-
versum habiturus foret.

292 Nullo modo Confessarius reo sen-
tentiam mortis indicet, sed hoc offici-
um relinquat ministris Justitiae, dicens,
suum officium tantum esse ad mortem
piè obeundam disponere.

293 Si reus restitutionem facere velit,
caveat Confessarius, ne aut fractionem
Sigilli, aut alia incommoda incurrat;
potius curet, ut reus per alios restituat,
si id salvo Sigillo fieri queat.

294 Ob magiam, beneficia morti addi-
ctos examinet 1. De qua causa se Da-
moni manciparint. 2. An DEUM,
Sanctos, Sacra menta, fidei Articulos
aliquos abnegarint & abjurarint, idque
Chirographo propriâ manu & sanguine
scripto. 3. An non in nocturnis con-
venticulis Diabolum pro DEO habue-
rint, & verè adoraverint. 4. An non
SS. Eucharistiâ ad beneficia impiissime
abusî fuerint. 5. An non DEUM &
Sanctos blasphemaverint. 6. An non
cum

cum Dæmone se miscuerint. 7. An neminem maleficio, veneno, aliisvè modis occiderint, vel grave aliud malum intulerint. 8. An nullum infantem falsò baptizârint, vel ante Baptismum interemerint. 9. An neminem ledixerint, & Dæmoni mancipârint. 10. An nunquam sacrilegè confessi & communicârint. 11. An non odia, graves inimicitias inter varias personas procuraverint. 12. An non amuleta magica aliis distribuerint ad efficiendos eos invulnerabiles. 13. An non philtris, aliisvè vetitis mediis impuros amores conciliauerint. 14. An non, & cum quibus personis turpissima & nefanda commiserint. 15. An non à Dæmone in alienas domos transportati pecunias, aut alias res abstulerint, vinumque exhauserint. 16. An non de rebus furtivis vel amissis rogati consilium ope Dæmonis dederint. 17. An non cum Dæmone aliquo conjugium fecerint? alia verò horribilia adhuc patrare solent instigante Dæmone, & ideo Confessarius eos ad iteriam Confessionem disponens

nens hortetur, ut ipsimet omnes actus
suos pessimos enarrent.

294 Obligationes hujusmodi beneficis
imponendæ sunt 1. Ut professionem
fidei faciant denuò , sive recitando
Symbolum Apostolorum , sive reci-
tando præscriptam ab Ecclesia formu-
lam , sive conceptis à Confessario ver-
bis. 3. Ut si quæ adhuc secum , vel alibi
habeant instrumenta magica , depo-
sant , aut comburant. 4. Ut si sanctil-
limam Eucharistiam , aut sanctissimas
Reliquias alicubi pro malo , & supersti-
tioso usu reconditas habent , indicent,
ut auferri , & religiosè asservari queant.
5. Ut damna aliis per maleficia illata,
quantum fieri potest sine graviori dam-
no resarciant , maximè si quos falsò
baptizassent , aut tali modo baptizari
curassent , &c. hæc omnia cum magna
cautela fieri debent.

295 Ad mortem damnato levissimam
Confessarius imponat pœnitentiam ,
quam statim post Confessionem , vel
cum ipso Confessario complere possit.
Non obseruit , si ipsa etiam mors , utpotè
ob

ob difficultatem valde satisfactoria imponatur pro poenitentia, & moneatur, ut vel ex hoc Capite studeat, eam resignato, fortique animo sustinere, ut tantò copiosius satisfaciat.

Si damnatus ad mortem confiteri 296 nolit, Confessarius i. precibus, & cum primis SS. Missæ Sacrificio hanc sibi donari animam oret, simulque aliorum pias preces imploret. Potest etiam promittere unum vel alterum sacrificium pro defunctis applicandum, id quod sapè profuit.

2. Videat, qualiter blandè, absque 297 importunitate, per bonas monitiones, & obsequia charitatis, & beneficentiae narrationem historiarum accommodatum emolliat, & moneat.

3. Dum tempus fatalis diei advenerit, sciscitetur ex eo, an non meliora cogitet, moneat jactam aleam, adesse momentum, à quo pendeat felix, infelixque æternitas, penes se nunc esse, utrum velit eligere.

4. Roget per SS. merita Christi Domini, & per omnia sacra, ne negligere 299 velit

velit reus animam suam tam pretiosam
sanguine redemptam. Expediret etiam
subinde, ut Confessarius coram eo in
genua provolutus eum hortaretur.

300 5. Si nec sic quidem pareat reus,
cesset non nihil Confessarius, & refecti-
onem corporalem ei offerat, nullo om-
nino acerbiore verbo, aut gestu perti-
naciam ejus castigans.

301 6. Dum licetores adventant eum ab-
ducturi, urgeat, roget iterum, & ostend-
eo S. Crucifixo obsecrat, ne velit incal-
sum pro se tanta Dominum Jesum per-
tulisse.

302 7. In egressu ad locum supplicii no-
lentem orare reum non urgeat, sed po-
tius cum socio vernacula lingua preces
pro eo fundat, & subinde suaviter sci-
scitetur, an non refocillatione egeat;
Dum vero ad locum supplicii ventum,
jubeat adstantes genuflexos pro eo ora-
re, poteritque conceptis verbis eos
praetereat.

303 8. Si nec sic quidem obtineat, ali-
qui putant, ad terrorem & exemplum
adstantium, laqueum aut ictum excep-
turo

uro dici posse minaci vultu : eas ergo
maledicte in ignem æternum ; consul-
tius tamen videtur , ingeminare actus
contritionis , vel amoris divini , ut vel
in ultimo momento non desertus fortè
resipiscat.

Quod si reus in scala patibularia jam 309
stans velit confiteri , si prius jam con-
fessus sit , Judex difficulter descensum
concedet ; admonebis ergo eum de do-
lore eliciendo , & sic eminus absolves.
Si autem ex pertinacia prius confiteri
noluisset , rogandus est Judex , ut eum
descendere permittat , sicque ejus Con-
fessio sub pallio excipienda erit.

§. XXXIII.

*Quid circa moribundum observan-
dum.*

Nisi periculum mortis immineat , 309
non statim facienda est mentio
Confessionis , sed alia præmittenda ,
quæ infirmum benè afficiant , & benè
affectum efficere queant ; paulatim
verò

verò instillandum, quām ad morbos si-
ve tollendos, sive utiliter perferendos
conducat esse in statu gratiæ per usum
SS. Sacramentorum, & nisi fortè mot-
bi vehementia aliud suadeat, conce-
dendum etiam ægro præparationis spa-
tium, sin mox confiteri cupiat, mox
etiam, si sat dispositus esse videatur,
dulciter audiendus, & quæstionibus ju-
vandus est, monendusque de necessa-
riò præstandis, v.g. de restitutione, re-
conciliatione, ita tamen, ut ne majus,
quòd oportet, ei onus imponatur, aut
inanis scrupuli ingenerentur.

306 Porrò pro ægro obstinato confiteri
nolente oret Confessarius, & ut alii o-
rent, moneat: subornet etiam aliquem,
quem apud ægrum autoritatem &
micitiam habere constat, qui eum op-
portunè loquendo persuadeat: Ipse-
met Confessarius importunitatem evi-
tans blandè de aliis loquatur, & mone-
at rebus, & datà occasione attendat eti-
am, & inquirat radicem & causam talis
impœnitentiæ, & eam radicitus cone-
tur evelere, & duriorem nihilomininus
cone-

conetur etiam minis de Judiciis Divinis, & æterni rogi suppliciis emolite, & eidem ostendere, quām facile econtra sit contra talia remedium pœnitentia.

Cūm solus æger relinqu nequit, 307
quia v.g. necessariò adesse debet Chi-
rurgus, vel obstetrix, dum periculum
est in mora, Confessarius ex eo scisci-
tetur, an de omnibus peccatis doleat,
& eo, quo potest, modo se accuset, &
& annuentem absolvat, ita tamen, ut
cūm postea fieri poterit, ob adstantium
discessum, & vires ægri, explicatè con-
sistentem audiat.

Pro mortis articulo habendum est 308
quodcumque probabile vitæ pericu-
lum, & quidem jam tunc statim, quan-
do incipit, & hinc primò prægnantes,
aut difficulter parturientes, milites
pugnam ineuntes, remiges longarum
& periculosarum navigationum, via-
tores in itinere periculo, baniti, id
est, à quovis impunè occisibles, & ad
mortem damnati rei à quovis sacerdo-
te in defectu sacerdotis approbati ab

omnibus peccatis & censuris absolvit
possunt, cum onere tamen, ut proba-
biliar sententia docet, ut qui sic à cen-
sulis reservatis ab aliis facultatem ab-
solvendi non habente absolutus est, si
periculum evadat, quam citò commo-
dè poterit, superiori se sistat, execu-
turus id, quod sibi ab eo præscribetur.
Potest tamen ab obligatione adeundi
superiorem eximi, si adeat Confessa-
rium habentem facultatem absolvendi
ab illis censuris extra mortis articulum,
ab eoque obtineat absolutionem no-
vam absque ullo onere, cum prior ab-
solutio non obstat, quin pœnitens pot-
sit novam absolutionem absolutam
obtinere, uti cum Sanchez. Henriq.
Laym. docet Elig. Bassæus. v. Calus re-
servatus. n. 31

309 Quem prudenter & licetè à restitu-
tionis onere liberare potest, ne ad resti-
tutionem importunè urgeat. Etsi eti-
am sit, qui concedat, posse absolviri vo-
lentem restituere post mortem per hæ-
redem, vel Confessarium, cum mox de-
beret & posset; rectius tamen & secu-
rius

rius contrariam, atque communem sequetur Confessarius, & ægrum ad mox restituendum inducet, maximè læsæ famæ alienæ. Si verò non expediatur, ut moribundus in testamento declareret alii quas restitutiones, suadere potest Confessarius, ut vel jubeat in testamento, hæredes dent talem summam Confessario, vel alteri cuiquam amico ad mentem testatoris expendendam. Vel apponat Capitulum, in quo dicatur, quod reliquerit schedam manu scriptam a Pud Confessarium vel amicum, quæ declaraverit, quid insuper post mortem suam fieri velit, quam proinde validam esse declaret, ac si testamento fuisset inserita.

De rationibus faciendis & condendo 310
testamento, ubi opus est, tempestivè moneat, adductis rationibus efficacibus, sine gravitatem & urgente causa testamento non assistat, specialiter vero moneat, ut æger testamentum condens bonam intentionem habeat, diuinæ gloriæ & æternæ salutis potius, quam amicorum curam habeat, eo-

rumque potius memor sit pauperum, à quibus ampliora post mortem queat habere suffragia, & denique, ut quæ vivens exequi potest, & debeat, ipse potius prestet, quam aliis committat, forte negligenter acturis.

311 Indulgentias, quas potest, applicet ægro, eumque moneat, ut quas potest, lucrari velit. Pœnitentias imponat levissimas, maximè Indulgentias lucraturis, sufficiat, ut dicant JESUS MARIA, vel peccatus percutiant, &c. adhortandi erunt pro exigentia.

§. XXXIV.

De observandis circa Confessiones mulierum.

312 **M**ulierum familiaritatem etiam quarumcunque pro posse evitet Confessarius. Audiat confitentes in loco patente & lucido; suspectæ enim & spiritibus tenebrosis charæ sunt tenebræ. Expediat eas celeriter, prout commodè potest. Præcaveat mutuum
alpe-

aspectum in Confessionali , ne per oculorum januas se illi hostis insinuet.

Dum maritatæ confitentur , caveat 313

1. Ne debiti conjugalis faciat mentionem , utpote de quo interrogatæ summoperè horrent & verecundantur valde honestiores. Sat erit , si interrogare oporteat , scilicet , num marito debitam fidem & obedientiam in omnibus præstiterint , consultiusque erit , ad id eas adhortari , si forte ex muliebri non diu durante zelo dicant , se optare , & quærere , vitare posse Consortium mariti , ut enixiūs possint vacare Deo.

2. Non facile credat earum contra 314 maritos querelas , nec maritis culpam imputet , ut ne pertinaciter à Confessario animatæ maritis insultent ; dissimulet rem potius , & maritis debitam sua-deat obedientiam.

Circa fœminas religiosas nōrit Con. 315 fessarius , quam habeat facultatem eas absolvendi , alloquendi , intrandi clausuram &c. Studeat quoque earum regulam , constitutiones , & rationem vi-

vendi bene nōsse. Rariūs item extra casum necessitatis , aut magnæ utilitatis converletur cum iisdem & cautè. In dandis quoque responsis non sit nimirum præceps, & si fieri potest , comodè moram considerationis quærat. Nulli insuper se familiarem reddat , nec unmagis, quam alteri se faventem ostendat : In audiendis porrò Confessionibus nullum impatientiæ signum , aut tœdii exterius ostendat, ne perdat confidentiam earum , maximo earundem damno. Confuetudines atiam earum antiquas non facile mutet, introducendo novas : non etiam inordinate turbetur, aut scandalizetur , si interdum graviora quædam ab hujusmodi patrata vitia advertat, memineritque , eas quantò ardentiūs , fideliūsque servire Domino Deo incipiunt , tantò vehementius ab infernali hoste oppugnari , & ad lapsum impelli, ut potius commiseratione sint dignæ. In negotiis Economicis , vel politicis non facile auxilium aut consilium suppeditet , sed intra muneris sui se limites cohibeat.

Circa eas, quæ subinde meras im- 316
 perfectiones confitentur, nōrit Confes-
 tarius, quid propriè sit imperfectio, ni-
 mitum actio aliqua, vel omissio consi-
 liis & inspirationibus divinis, aut etiam
 superiorum voluntati ad peccatum
 non obliganti adversans. Unde quia di-
 splicet Domino Deo & hominibus, re-
 prehensione quidem apud utrosque
 digna est, non tamen propriè, culpa aut
 peccatum, sed nævus duntaxat dici
 debet.

Notandum etiam est, quod duplices
 generis imperfectiones reperiantur in
 talibus personis, nam aliquæ sunt, qua-
 tum cognitio ad earum statum melius
 cognoscendum, & ad eas facilius diri-
 gendas juvat, v. g. regularum nullo
 peccato obligantium transgressio, o-
 missio quorundam exercitiorum spiri-
 tualium, sensualis amor, & amicitia
 particularis. Aliæ sunt, quarum noti-
 tia nil aut parùm ad prædictos fines ju-
 vat, v. g. contentum esse virtute vul-
 gari, non parere Deo vocanti ad sub-
 limius vitae genus, ea magnificere, quæ
 mun-

mundus æstimat, solatia honesta, & comoditates licitas in victu & vestitu, non servare statuta communictatis, incurium esse, vel perfunditorum in rebus agendis, dicere, facere adversantia ci-vilitati, politico decori, loqui perturbatè, præcipitanter, coram aliis sedere pedibus decussatis, ambulare brachiis utrinque pendulis, non parere inspirationibus divinis, non præfigere bonum finem etiam minimis, quibusve actibus, non accuratè servare modestiam, aut mansuetudinem, in omnibus exiguum, sufficientem tamen, præparationem adhibere ad S. Confessionem, Communionem, Missam, non condolere sinistris eventibus proximi, non esse sedulò addictum mortificationibus, edere absque necessitate, & delectationis causâ, curiosè inquirere in ea, quæ nōesse nil refert; his porrò notatis,

317 Reprehendendæ non sunt personæ confitentes similia, maximè talia, quæ aut, à quibusdam pro peccatis habentur, aut certè periculum peccandi involvunt: quia licet ejusmodi imperfec-

sectiones propriè non sint peccata ,
communissimè tamen latet sub iis ali-
quod peccatum,& probabilis etiam est
sententia Thomistarum docentium ,
omnia opera ex se indifferentia , non
directa ad bonum finem, seu intentio-
nem, esse mala ob defectum hujus in-
tentionis ; atqui imperfectiones utiq;
non tendunt ad bonum , neq; etiam
referuntur illuc , atq; adeò sub hac sal-
tem ratione possunt esse materia Con-
fessionis , quod à fortiori locum habet ,
si tales imperfectiones contra remor-
sum conscientiæ patrentur , aut regu-
larum violationem contineant : tum
quia de his sapientissimi etiam viri &
piissimi se accusare solent : tum quia
vix contingit , ut Religiosus sciens , &
volens, transgrediatur regulam in casu ,
in quo ea obligat , quin aliqua interce-
dat deordinatio voluntatis , aliquid
non satis conforme rectæ rationi , pru-
dentiæ & decentiæ , moveaturque ad
id non ex honesto aliquo fine , sed so-
lùm videndo objecto secundùm sen-
sum. Adde , quòd nonnulli Doctores
gene-

generatim negent, accidere posse transgressionem regulæ sine peccato, eo quod membrum cuiusque Communis obligetur in conscientia, ob conformitatem partis cum toto, servare Statuta suæ Communitatis.

318 Ur Confessarius securus, & illæsus cum fœminis agere queat, nunquam id agat, nisi jubente obedientiâ, aut urgente necessitate & charitate sanctâ, studeatque intentionem habere purissimam, omnem quoque levitatem, & nimiam confidentiam, aut libertatem studiosè devitare, firmiter decernat. Sic cœventi sibi, prout potest, Dominus Deus non deerit auxilio, sed proteget, & conservabit sperantem in se.

§. XXXV.

De observandis in Confessionibus mutorum & surdorum.

319 **O** Portet hos quoque consiteri, quia possunt per nutus & signa: ut gendi ergo sunt, ut id faciant, & si scri-

bere queat pœnitens , optimum erit , si
per scripturam prælens eam exhibens
confiteatur talis , nam et si sint , qui ne-
gant , necessarium esse per scripturam
confiteri , securius tamen longè est , &
probabilius , oportere sic fieri .

Muti , surdi in loco secreto audiri de- 320
bent , & per signa disponi & instrui , si
scribere nequeant . Quod si legere
possent , potest Confessarius quæstio-
nes scriptas eis legendas dare , & eo-
dem modo etiam pœnitentiam præ-
scribere .

Si simul mutus & surdus adducatur , 321
scilicet ex eum adducentibus , quo-
modo cum illo nutibus agere debeat ,
ut vim Sacramenti percipiat aliquo
modo , & aliqua peccata , quatenus po-
test , signis declareret , sicque deinde in
secreto agat , & signa habens doloris de-
biti eum absolvat sine scrupulo , etiam
tunc , quando tempore Paschali , vel a-
lias præceptæ Confessionis talia signa
non dat miser , ex quibus certum pec-
catum posset cognosci : quia sufficit ,
talem pœnitentem accessisse animo ,

ut se accuset de peccatis. Prudentia
porro Confessarii relinquitur, an pluri-
es, quam cum ex precepto tenentur,
eiusmodi homines ad S. Confessionem
admittendi sint. Certè tempore Jubi-
læi, aut plenariæ Indulgentiæ oportet
bit esse liberaliorem.

322 Simul cœcus, mutus, surdus à Na-
tivitate, si rationis usum non habet,
præter S. Baptismum ad nullum aliud
Sacramentum admittendus est. At si
quis primùm post morbum aut senium
talis effectus esset, in articulo mortis ita
cum eo procedendum est, ut 1. Per sig-
na ad Confessionem adducatur v.g. ip-
sius manu propriâ S. Crucis signum ef-
formando, pectus ejus percutiendo,
manus junctas sursum erigendo, sacras
Sacerdotales vestes tangendas & pal-
pandas præbendo, & de SS. Euchari-
stia per circulum in ore ejus factum e-
docendo, &c. Quòdsi per hæc nihil
efficiatur, saltem etiam Extrema Un-
ctio ei detur.

323 Surdis, mutis, cœcis ratione utentibus
per signū, quatenus fieri potest, impona-

tur pœnitentia. A nativitate surdis, mutis, sicque nullam orationis formulam scientibus, potest saltem signum s. Crucis in pectore formari, & pectus percuti ad dolorem excitandum, & hæc ipsa opera pro pœnitentia imponi, cum iuxta probabilem Sententiam non requiratur ad satisfactionem Sacramentalis, ut ex intentione complendi Sacramentum ea peragatur.

§. XXXVI.

De observandis circa Scrupulosos.

SCrupulus ab erronea conscientia ³²⁴ differt, quod hæc per falsum judicium uni parti adhæreat, ille autem inter duas fluctuans genuit, estque scrupulus propriè imprudens motus nulla vel levi ratione subnixus: deprehenditur ex irrationali formidine, ex prudentum judicio, ex modo confitendi, aut orandi, ex pertinacia judicii, ex assiduis reflexionibus super actiones, & ex crebra dubitatione, & alios consultandi prurigine. R 2 cum-

325 Cum Scrupulolo Confessarius plerique luaviter, subinde autem etiam durius agat, simulando faltem aliquam austoritatem, maximè si is in aliis laxus, in quibusdam sui judicii nimis tenax sit. Hæsitationes autem ejus, & scrupulos authoritativer & expeditè resolvat, nec ullam suar reponsionis deferat rationem, dicendo. v. g. facias hoc, omittas illud securè, non peccas, ego pro te rationem reddam.

326 Non facile concedat ei facultatem suos scrupulos proponendi, et si importunè urgeat, absterreat eum, & penitus excludat, dubitationesque ejus semper in meliorem partem vertat. Suggerat etiam ei media utilia ad scrupulos vitandos, & prohibeat inutilia præscribat quasdam regulas, quibus firmiter debet initi, illorum autem falsa & inania fundamenta evertat.

327 Remedia scrupolorum præscribends scrupulosis sunt I. Contemptus scrupolorum, & interdum operatio contra illos. Audiendusque Cornelius à Lapide, qui Comment. in lib. Reg. c. 16.

v. 23. f. 306. præclarè ait : Qui tentationes Diaboli evadere cupit, caveat à melancholia : si à natura , vel causa tristitia habet, contra eam pugnet , omnibusque ejus imaginationibus & lugestitionibus viriliter & constanter resistat , v. g. cùm suspiciones , timores , scrupulos ingerit, dicat : non credo vobis , vos enim proceditis à meo hoste , scilicet à dæmonie & melancholia : falsa sunt , stulta sunt , inepta sunt , quæ mihi repræsentatis : contrà verò quæ vera , apta & prudentia amplectar.

2. Audierendus item R. P. Caspar de Figuera Soc. Iesu in dialogis sponsi cælestis : volo , (ait sponsus cælestis) ut intellectui tuo non credas , aut cum illo rationibus agas ; quia timor immoderatus , utrūm , necnè in peccato constituta sis , eundem excœcat , isque non nisi cœcas rationes formare potest , quæ & te cœcam reddunt , & lucem tollunt . Hæ omnes tricæ evanescerent , si verè humilis es , & Confessariis tuis fidem haberet , sique id , quod Apostolus meus fecit , præstares , quodq; omni

studio exequi debes, nimirum ut in hoc solo tibi cum illo complaceas, quod est eorum, quæ retrò sunt, oblitici, & ad anteriora manum extendere, ut ita peccatum fugias, & virtutem secessis, nec te ipsum perditum eas, examinando ea, quæ à memoria & intellectu tuo tibi representantur. Cum peccatore defectibus suis dolente, actuum illorum obliviscatur. Nec replices, quod forsitan ista non impleveris; quin immo pro certe tene, te id fecisse, cum securum esse, Confessarii tui jusserint; reliquum enim omne superbiae & fidei defectus est.

329 3. Sentiat Scrupulosos de Domino in Bonitate, sibique persuadeat, quod si Domiuus DEUS tot annos illum servatus est, dum ipse ei turpissime tergaverterebat, eique tot contulit beneficia, dum esset inimicus, multò magis benignum, ac propitium te eidem exhibebit, dum contritus ad ipsum festinat veniam petiturus, ipsique ex corde impoterum serviturus. Pellizar. to. I. II. S. c. 3. l. 1. f. 528.

4. Cordi habeat Scrupulosus, quod ; 30
R. P. Nicolaus Avancinus, Soc. Iesu,
vir doctrinâ & pietate insignis, in suo
meditationis libro die 10. Januarii
puncto 10. docet, inquiens : Si cog-
noscere vis voluntatem DEI, ejus mi-
nistros, Superiores tuos scilicet, con-
sule, qui et si iniqui essent, DEUS non
patietur illos in eo errare, quod per te
vult fieri.

5. Media alia sunt contra Scrupulos 311
præscribenda, Oratio cum jejunio,
aliisque bonis operibus eum in finem
perficiendis conjuncta. Item humili-
tas cordialis & magna, quâ quis sper-
nit suum judicium, & aliorum sequitur
consilium. Item fuga otii. Recta quo-
que de Divina Bonitate confidentia, &
intentio. Sentire de Domino in boni-
tate.

Media inutilia sunt, frequens petitio 332
consilii & recursus ad Confessarium. I-
tem assidua super Scrupulum reflexio.
Item Confessionis repetitio, & item
Confessorum crebra mutatio. I-
tem consuetudo cum Scrupulosis

agendi , & librorum rigidorum lec-
tio.

333 Regulæ Scrupulosis præscribenda
sunt : 1. Nec Dominus DEUS, nec Ec-
clesia suis præceptis intendit quempi-
am obligare ad id , quod ei vix est pos-
sibile ; in lege autem moraliter impo-
sibile habendum est non modò id ,
quod absolute fieri nequit , sed etiam il-
lud, quod nimiam difficultatem invol-
vit.

334 2. Non censendus est Legislatorem
offendere , qui secundū illius agit men-
tem , etiam si non agat secundūm ver-
ba Legis ab eo latet , aut ea in benigno-
re potius leniu , quam duriore interpre-
tetur.

335 3. In dubiis , vita & communis sen-
sus proborum hominum meritò potest
pro Regula vivendi adhiberi , unde
quod ii absque formidine peccati a-
gunt , Scrupulosus non tantum sequi po-
test , sed debet etiam .

336 4. In iis , quæ mala sunt , quia pro-
hibita Jure humano , excusat conve-
tudo rationabilis & legitimè præscrip-
ta ,

ta, aut saltem rationabilis & tolerata , Legislatore non reclamante , cùm possit.

5. Præcepta affirmativa & positiva 337 non secundum rigorem, sed secundum Epeickeiam interpretanda sunt : & in quovis casu is, qui omittit facere, quod lex proponit, excusari potest à mortali, si bona fide , absque contemptu justa de causa existimet, se non peccare mortaliter è omissione, nullo modo omissurus , si peccatum esse putaret.

Fundamenta & persuasiones scrupulosis adimendæ sunt 1. Bonarum mentium est , ibi culpam timere , ubi non est. Huic opponitur, hoc non semper esse bonum signum, sensum autem hujus dicti S. Gregorii esse, bonas mentes tempestivè prævidere culpas cum bona ratione, & culpæ occasiones evitare. 2. Non auderem sic mori. Huic opponendum, etiam in mortis articulo bonum est , Scrupulum contemnere , & se cum magna fiducia in sinum Divinæ Bonitatis projicere , & sunt multa, quæ in articulo mortis præstanta sunt,

sunt, ad quæ tamen præstanta non obligamur extra articulum illum. 3. Qui amat periculum, peribit in illo. Huic opponitur: Periculum non est labendi, dum sequimur fana piorum & doctrinæ consilia, regulas, & praxis, dumque syncerè humiliamus nos, & dedimus.

339 Sollicitis de non sufficienter explicatis in prioribus Confessionibus 1. Seriò prohibendum, ne generalem Confessionem faciant; imperanda potius præteriorum oblivio, et si non meminerint, se illa confessos; nam non minimus, non est rationabilis causa dubitandi, cum nec aliorum nostrorum factorum recordemur. Ostendendum illis, securè eas tales Confessiones posse, imò debere omittere, cum dubium in Conscientia scrupulosa sit moralis certitudo in aliqua alia. 3. Si adenda humilitas & obedientia, ac fiducia, quod Dominus DEUS bonæ menti acquiescenti bonis consiliis piorum adsit, & dirigat eos, ut bene consulant, & decant.

4. Hortetur eos Confessarius , ut 340
 credant , CHRISTUM Dominum Sacra-
 mentum Pœnitentiae non instituisse in
 carnificinam , sed pro solatio peccato-
 rum, atque adeò ad usum illius non re-
 quirri summam diligentiam , sufficere
 autem mediocrem , sicque ea tantum
 debere confiteri Scrupulosum , quæ
 manifestè cognoscit esse peccata.

5. Instantibus se dubitare , an hoc 341
 vel illud confessi sint, non facile credat,
 sed interdum , si aliud præter Scrupu-
 los non afferant , eos sine Absolutione
 ad Communionem admittat , ut sic di-
 scant pluris obedientiam , quam mu-
 scas suas æstimare. Moneat etiam , ut
 sibi persuadeant , conscientiam , si quid
 gravius in ea delitesceret, id non occul-
 taturam , sed inox prodituram & pro-
 trusuram fuisse. Quod si iis subinde ac-
 cedit, ut dum conscientiam discutiunt,
 nullius peccati meminisse queant , co-
 gitent cœcitatem ejusmodi à Domino
 DEO ad probationem immitti , pati-
 enter proinde supportantes de cœlo cū
 omni humilitate lumen expectent , &
 auxilium.

An-

342 Anxiis, ne fortè variè tentati consenserint, suadeat Confessarius i. ut nunquam credant, se mortaliter peccasse, nisi id certò & evidenter sciant, imò etiam jurare queant, se mortiferè peccasse; tanta quippe peccati mortalis malitia est, ut vigilem latere nequeat, nec committi possit sine gravi corruptione sui, sine gravi læsione proximi, sine magno contemptu DEI, quis ergo credat tantum damnum, tantam læsionem mox corrigi, & omnia restitu in integrum: Dominum DEUM statim iterum super omnia amari, qui anteà fuerat vilissimæ rei postpositus?

343 Sed & R. P. Jacobus Alvarez asserit, consensum in tale peccatum, tam impium esse, ut si quis statim post factum dubitet, an deliberatè consenserit, vel statim facti pœniteat, probabiliter judicare possit, se non consensisse, cùm non soleat animus à Domino Deo aversus tam citò ad eum converti. Deinde cùm malitia mortalis formaliter in mala voluntate consistat, ipse autem timor

timor peccati , quo assiduò vexantur
Scrupulosi , sat arguat , ipsos bonam vo-
luntatem habere , mēritō ex hoc etiam
capite timorem peccati admissi depo-
nere possunt , maximē cūm ipsa etiam
anxia formido sufficientem libertatem
non minūs , ac aliæ passiones , tollere so-
leat , & præterea etiam experientia do-
ceat Scrupulosos etiam in gravissimis
tentationibus in peccatum non con-
fessisse , atque adeò credibile sit , Do-
minum Deum in obscuris temptationi-
bus eos non derelinquere , qui illis ad-
suit in gravioribus & manifestis peri-
culis.

Notent etiam ex Arria: to. 3. D. 13. 344
§. 2. v. 6. Scrupulosi , quod si intellec-
tus , dum quid fit , malitiam ac prohi-
bitionem rei non cognoscit , nec de ea
dubitat , nec reflexè advertit , se teneri
ad inquirendum aut dubitandum , num
res ita mala sit , ac prohibita , non possit
ullum incurri peccatum.

Narrari poterit Scrupulosis id , quod 345
Dominus aliquando S. Brigittæ respon-
dit temptationibus vexatæ , scilicet : hæc

est vera justitia , ut sicut prius delectabaris in vanitatibus mundi contra voluntatem meam , ita nunc tibi molestæ sint variæ , perversæque cogitationes contra voluntatem tuam : verumente judicium meum moderatè & cum discretione , firmiter confidens in me.

246 Continuò anxiis , annè in orationibus debit is legitima attentio & prolatione adfuerit . 1. Confessarius prohibeat , ne quid repeatant , sive benè , sive male sibi videantur recitâsse , sed pergant in inceptis , nil revolvendo de semel dicâs . 2. Si nimium angantur , clepsydram ponant , quâ effluxa nil amplius orent , sic fiet , ut expeditè pensum suum absoluturi sint ex metu , ne quid eorum culpâ omittatur . Cordi habent Scrupulosi , & observent , quod dicitur & benè ait Cornel. à Lap. in Ecclesiasti : c. 7. v. 15. f. Scrupulosi nil repetant orando ; hæc enim repetitio auget Scrupulos , est contra Deum irreverens , & Scrupulosi pronuntiando verba , satisfecerunt obligationi orationis ,

nis, & etsi in ea distracti fuissent, distractio hæc in eis sæpè involuntaria est, ideoq; peccati expers: sin voluntaria aliquo modo fuisset, ideoque peccatum aliquod, illud non iteratione verbo- rum, sed contritione delendum est.

3. Etsi ipsemet improbandam & ca- 347
vendam esse arbitrer sententiam do-
centem, nullam in recitatione divini
officii attentionem internam requiri,
sed externam tantùm, quæ omnem a-
ctionem incompossibilem cum inter-
na intentione excludat, licet quis vo-
luntariè animo distraheretur, nihilom-
nius valde nimis scrupuloso Confessa-
rius præcipere poterit, ut si saltem ta-
lem externam actionem exhibuerit,
rem Domino Deo committat.

4. Suadeat etiam Confessarius, ut 348
si fieri potest, recitet cum socio. Incul-
cat etiam iis, quod per crebras suas re-
petitiones injuriam potius Domino
Deo faciant, sic perturbando laudes &
colloquium cum ipso: sicut etiam
Regem offenderet, qui coram eo di-
cens eadem insulsè repeteret.

§. XXXIV.

De Confessione generali.

34^o **C**onfessio generalis obligat 1. Quādo Confessiones particulares suā integritate caruerunt , omisso in iis aliquo peccato mortali quācunque ex causa mortaliter vitiosā. 2. Quando in particularibus confessionibus non adfuit dolor,& propositum requisitum. 3. Quando particulares factae sunt sacerdoti non habenti, aut intentionem, aut jurisdictionem absolvendi : extra eos casus nulla est generalis Confessionis necessitas.

35^o Cūm Sacerdos non amplius meminist peccatorum, aut numeri eorum distinctè , non est opus repetere peccatorum narrationem , sed sufficit confusa notitia statūs pœnitentis & peccatorum : cūm ex hinc satis decernere possit de dictanda congrua pœnitentia.

35^o Si Sacerdos nec confusam quidem cognitionem peccatorum habeat , vel ex distractione, vel ob subtilem vocem pœni-

pœnitentis debet, si commode potest, per paucas interrogations de gravioribus speciebus sibi denuo revocare in memoriam peccata a pœnitente proposita. Quodsi aliquando mortalia prorsus non intellexit, vel alias necessarias interrogations omisit, praecipue in longis Confessionibus, tunc ita se gerere debet, ut ne onus pœnitentis nimis grave efficiat, & Confessionem ei odiosam reddat: quam ob causam frequenter excusari poterit ab integritate materiali exacte procuranda. Cum enim Christus Dominus in hoc SS. tribunalij judices constituerit homines, nec pro tanta multitudine & varietate judicum, quam exigebat multitudo pœnitentium, summam diligentiam exigere debuerit, hoc ipso normam ius Judicij humanae conditioni & fragilitati accommodare voluisse videatur.

Si deprehendat Confessorius pœnitentem in prioribus non integré confessum, sive ex propria, sive ex Confessarii incuria, nec expressisse numerum,

nec circumstantias speciem mutantes,
tunc pœnitentem prudentem , & no-
vo exactiore Examine facilè defectus
suppleturum dimitat , si id fieri queat
absque scandalo, vel infamia, post meli-
us Examen redditurum. Sin hebetioris
ingenii sit pœnitens, qui vix accuratio-
ne Examine defectus suppleturus pote-
tur, examinet eum Confessarius, prout
potest , & absolvat deinde , nisi aliud
quid circumstantiæ exigant.

353 Pœnitentem , qui semel culpabiliter
non omnia peccata explicavit , pluriæ
postea bonâ fide confessum , quia nil ei
incidit in mentē de non explicatis cum
culpa , non urgeat ad repetendas Con-
fessiones intermedias bonâ fide factas ,
quæ fuere ex bona fide validæ propter
oblivionem.

354 Confessum aliquid sub dubio , dum
deinde ei certò constat, debere repetere
confessa , communiter docent : Con-
trarium valde probabile putant alii , id
quod sequi potest confitens.

355 Ad Confessiones generales non qui-
cunque admittendi sunt , nempe non
scrup.

scrupulosi, nec etiam turpi libidini per magnam partem vitæ totaliter immergi, utpote quibus turpiter actorum recordatio valde periculosa esse solet, nec etiam movenda sunt v. g. stercore &c. Admittendi autem sunt illi, qui, vel ratione status religiosi, vel ex speciali instinctu, prudente iudicio sic judicato, vel ratione Jubilæi, aut fatalis morbi meritò talem Confessionem instituunt.

Porro in hac Confessione passim solent fideles prius explicare ab ultimâ Confessione commissa, & tunc demum priora. Etsi autem R. P. Lohner afferat, communius esse, & securè practicari, ut id non exigat Confessarius, tum quia ex una parte, quod peccatum nondum Confessum sit, nec speciem mutat, nec aggravat: tum quia ex altera parte eadem exprimere cum addito, quod nondum confessa sint, interdum pœnitenti valde est difficile, ac proinde hoc ei onus imponendum non est, nisi causa aliqua urgens id exigat. Videtur tamen omnino exigendum esse, ut pœnitens prius nondum confessa ab ulti-

ma confessione, & tunc priora enarret, ed quod alioqui Confessorius nequeat congruam satisfactionem imponere, utpote ignorans, quæ, & quod sint peccata, ratione quorum speciatim, de imponenda satisfactione debet attentus esse, maximè cum Concil. Trid. Sess. 14. de pœnitent. c. 8, expressè dicat, & præcipiat : Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum Spiritus & prudenter suggererit, pro qualitate criminum, & pro pœnitentium facultate salubres & convenientes satisfactiones imponere &c. Atqui magis castigandum est grave peccatum necdum dimissum, quam aliud jam semel expiatum, quod nec quidem materia necessaria est Confessionis.


Exprimendum ergo est, quæ necdum confessa sint, ut iis congrua satisfactione possit dictari. Nec usque adeò graviter ferre debet pœnitens, se hoc debere exprimere, cum etiam in Confessione generali de multis gravibus jam expiatis fortè se accuset, sicque se humiliiter confundere non vereatur, cum

cum tamen non teneretur, & alio-
qui etiam necdum confessa teneatur
Confessario aperire. Quodsi tamen
Indulgentiarum lucratione satisfacere
cogitet, & etiam ratione medicinæ
spiritualis capiendæ opus non sit spe-
ciatim necdum confessa, ut talia enar-
rare, facile concesserim, posse confessa,
& non confessa mixtum enarrare pœni-
tentem.

Non tenetur generaliter confitens
omnia simul peccata confessa repeteret.
sed poterit omittere, quæ vult ex se-
mel ritè confessis, nisi id Religiosus Or-
do ex peculiari Statuto exigat ob ma-
ximum illius Religionis bonum, &c.

ORATIO CONFESSARII post auditas Confessiones.

Tuam, Deus Omnipotens & pie,
humiliter imploro Clementiam
pro famulis ac famulabus tuis, qui sua
mihi confessi sunt peccata, ut indul-
gentiam iis largiendo, vitam etiam
conferas sempiternam. Per Dominum
nostrum, &c.



INDEX PARAGRAPHORUM HUJUS DIRECTORII.

§. 1. <i>D</i> e Virtutibus Confessario necessariis.	<i>n. 1.</i>
§. 2. <i>D</i> e Potestate Confessarii.	<i>4.</i>
§. 3. <i>D</i> e Scientia Confessarii.	<i>8.</i>
§. 4. <i>D</i> e Obligatione ad interrogandum.	<i>36.</i>
§. 5. <i>D</i> e Judicii probabilis usu.	<i>42.</i>
§. 6. <i>D</i> e Instruendo pænitente.	<i>45.</i>
§. 7. <i>D</i> e Restitutione alieni.	<i>50.</i>
§. 8. <i>D</i> e Pænitentia imponenda.	<i>57.</i>
§. 9. <i>Q</i> ualis Pænitentia imponenda.	<i>61.</i>
§. 10. <i>D</i> e Satisfactione imponenda sacerdotibus.	<i>68.</i>
§. 11. <i>D</i> e Satisfactione primariis personis imponenda.	<i>73.</i>
§. 12. <i>D</i> e Obligatione exhortandi.	<i>77.</i>
	<i>§. 13.</i>

I N D E X.

- §. 13. De Præscribendis Remediis. 80.
§. 14. De Absolutione danda. 81.
§. 15. De Forma Absolutionis. 85.
§. 16. Sequuntur Absolutiones variae. 90.
§. 17. De Sigillo Confessionis. 99.
§. 18. De Obligatione audiendi Confessiones. 103.
§. 19. De Abstinentibus ab auditione Confessionum. 109.
§. 20. De Industriis à Confessario adhibendis. 111.
§. 21. De Emendatione Errorum. 111.
§. 22. De Scientia Facti. 114.
§. 23. De Prudentia Confessarii quoad propriam & alias personas. 123.
§. 24. De Observandis circa Pueros & Puellas. 126.
§. 25. Quid circa Confessionem Adolescentium observandum. 132.
§. 26. De Observandis circa Confessiones Juvenum. 135.
§. 27. De Observandis circa Confessiones Rusticorum. 136.
§. 28. De Culpabiliter integrè confiteri nolentibus. 147.
§. 29.

I N D E X.

- §. 29. *Quid cum inveteratis Peccatori-
bus observandum.* 149.
 §. 30. *De observandis circa cupidos pi-
etatis vivere.* 156.
 §. 31. *De observandis circa Hereticos.* 160.
 §. 32. *De observandis circa Reos.* 173.
 §. 33. *Quid circa moribundos observan-
dum.* 181.
 §. 34. *De observandis circa Confessiones
Mulierum.* 186.
 §. 35. *De observandis in Confessionibus
Mutorum & Surdorum.* 192.
 §. 36. *De observandis circa Scrupulosos.* 195.
 §. 37. *De Confessione Generali.* 208.



CA.



C A S U S.

Celsissimo Ordinario Labaccensi Reservati.

I.

Excommunicati excommunicatiōne majori non Papali, si sit publicā, vel in forum contentiosum deductā.

II. Qui homicidium voluntarium actu exteriori, perpetraverint.

III. Qui violentas manus in proprios Parentes injecerint.

IV. Qui in primo, vel secundo gradu consanguinitatis incestum commiserint.

V. Qui cum brutis coiverint.

VI. Incendiarij voluntarij.

VII. Qui infantes exposuerint, vel secum ad cubandum assumptos oppresserint.

VIII. Abutentes SS. Eucharistiae Sacramento, vel alijs rebus Sacramentalibus ad beneficia.

IX. Qui monetas adulteraverint, vel adulteratis mensuris, aut ponderibus ad fraudem usi fuerint.

X. Qui in adulterio, vel fornicatione, aut sacrilegio publicè vivunt.

Casus Reservati Dioecesis Aquileiensis.

I.

INcestuosi in primo, & secundo gradu consanguinitatis, & in primo gradu affinitatis.

II. Concubitus contra naturam quoad Mares.

III. Parentum Percusores.

IV. Blasphematores consuetudinarij, aut publici.

V. Qui falsum in Judicio Testimonium in grave alicujus damnum depo- fuerint

VI. Exercentes Magicas Artes, & Sortilegia,

VII.

VII. Filiorum suffocatio , nec non
abortus ex industria , & ad abortum
consilium, vel auxilium præstantes.

VIII. Homicidæ voluntarij.

IX. Qui ad Magicas Artes, & Sorti-
legia abutuntur Eucharistiâ, Sacrisvè
rebus.

X. Rem habentes cñm sua Pœni-
tente.

Et ut Confessarij omnes verum , &
germanum sensum cuiuslibet Casuum
prædictorum probè noscant , ne ob ig-
norantiam , vel falsam interpretatio-
nem , auctoritatem , quâ carent , absol-
vendi à prædictis sibi vendicare præ-
sumant ; ita iij sigillatim declarantur
ad plenam & planam eorum intelli-
gentiam.

In primum Casum incidunt , qui co-
pulam habent cum propria Matre , vel
propria Filia , vel propria Sorore.

Secundò , qui habet rem cum Ami-
ta. Item cum Patris Sorore.

Tertiò , qui habet rem cum Filia
Fratri , vel Sororis.

Quartò , qui habet rem cum Filia Pa-
tri , vel Amitæ Paternæ. S 2 Quod

Quod verò ad primum gradum Affinitatis, comprehenduntur in hoc Casu, qui copulam habet cum Fœmina, cum qua habuit rem, vel proprius Filius, vel proprius Frater.

Secundò, qui habet rem cum Matre, vel cum Filia, vel cum Sorore propriæ Ixoris.

Tertiò, qui coit cum duabus Sororibus non suis, vel cum Matre, & Filia non suis.

Hic animaduertant Confessarij, quod incestuosi in primo gradu affinitatis expressi in Secunda classe, non possint petere debitum conjugale, nisi obtenta dispensatione.

Similiter indigent dispensatione incestuosi in primo, & secundo gradu consanguinitatis supra recensiti, & in quatuor classes redacti, si conjugati sint.

In Secundum Casum incidentur Mares puberes tantum, & quando peccatum fuit in hac specie consumatum. Quare neque impuberes, neque puberes, actu non consumato, comprehenduntur in hoc Casu.

Terti-

Tertium Casum incurruunt Filij tam Mares , quām Fœminæ , tam legitimi , quām naturales , qui proprium Patrem , vel propriam Matrem percutiunt , sive hoc faciant ferro , sive ligno , sive lapi- de , sive manu , sive pede , sive quolibet alio modo , etiam si percussio sit levis , dummodò sit verè percussio , ita ut per- cutiens tangat vel immediate , vel me- dio instrumento percussum .

In quarto Casu comprehenduntur Blasphematores ex consuetudine , non autem qui ex ira , vel alia animi passio- ne , aut turbatione blasphemant .

Consuetudinarius autem Blasphe- mator intelligitur , qui ante ulti- mam Confessionem pluries blasphe- mavit , & qui post ultimam decies cir- citer blasphemavit .

Publicus verò declaratur ille Blasphemator , qui in populi fre- quentia , vel loco publico pluribus præsentibus verba blasphemiae protu- lerit .

Sciant Parochi , quod quamvis di- cere , ad Conspectum Dei , id est , ad

præsentiam Dei, non sit Blasphemia ex natura, vel ex vi verborum, tamen si proferatur intentione, vel modō contemptuō, est verè Blasphemia.

Similiter verba omnia de se contemptum exprimentia, inter quæ verbum illud Purazza di Dio. (Quod verbum ambiguum est, an in Deum, an potius in B. Virginem referatur) esse verè Blasphemias, est indubitatum.

In quintum Casum incidunt, qui in Judicio falsum Testimonium perhibent, vel occultando, aut negando veritatem, vel afferendo falsitatem in grave damnum, aut præjudicium, vel rei, vel vitæ, vel famæ proximi.

Quod intelligitur quandocunque hujusmodi damnum, vel præjudicium sequatur effectuē ex vi talis occultationis, vel negationis, vel afferationis.

Non incidunt autem in hunc Casū, qui extra Judicium testificantur falso, etiam cum dāmno proximi. Similiter neque illi, qui in Judicio falso depoñentes, nullum per suam attestacionem infe-

inferunt dānum proximo. Quod est verum , etiam si hoc fecissent animo deliberato inferendi dānum, aut præ-judicium : nam ad complementum hujus Casus reservati requiritur , & testimonium in Judicio falsum , & dānum realiter illatum per hujusmodi testimonium.

Quoad sextum Casum, per Magicas Artes , & Sortilegia intelliguntur illæ , & illa , quæ recensentur in §. Synodi de Superstitionibus.

Hunc igitur Casum incurruunt , qui expressè invocant Dæmonem , sive verbo , sive facto . Verbo quidem , ut quando quis verbaliter invocat Dæmonem , vel cum eo pactum init . Facto autem , ut quando quis sciens , Dæmonem , si fiat talis actio , vel tale signum , docere occulta , utitur tali actione , vel signo , ut Dæmon occulta manifestet .

Circa septimū Casum declaratur , per suffocationem filiorum intelligitam illam , quæ sit ex industria , quām quæ casualiter , & præter intentionem

sequitur ex detentione Infantum in lecto, nam quamvis hujusmodi suffocatio sit involuntaria in se, & in suo effectu, non tamen est involuntaria in sua causa, nempè in detentione puerulorum in lecto, quia hæc detentio est absolutè volita.

Et quamvis terminus ille, Filiorum, videatur referri ad solos Parentes suffocantes, quia cæteri, qui Parentes non sunt, nequeunt verè appellari suffocatores Filiorum, sed potius dici debent suffocatores Infantum; attamen intelligitur comprehendi in hoc Casu, non tam Parentes proprios Filios suffocantes, sed etiam & Nutrices, & Famulas, & alios quoscunque, qui vel industria, vel ex detentione in lecto alienos suffocant puerulos.

Non tamen hic Casus complectitur Parentes, sive alios detinentes in lecto Infantes, si ex hujusmodi detentione non sequatur suffocatio.

Per abortum verò intelligitur abortus voluntarius, & effectu secuto; quare abortus involuntarius, &

Cau-

Casualis , vel etiam abortus intentatus & procuratus tantum, non comprehenditur in hoc casu , si effectus non sequatur.

In hunc igitur Casum incident.

Primo , qui sciens , & volens , sive per se , sive per alium causat abortum , vel potionem , vel sanguinis emissionem , vel onere , vel depressione , vel percussione , vel minis , vel terroribus , vel quocunque alio modo.

Secundò , ipsam Fœminæ prægnantes , quæ scientes , & volentes causant quovis modo proprium abortum , sive per se , sive per interpositam personam.

Tertiò , qui consulunt , vel student , vel mandant abortum aliquo ex prædictis modis , si effectus sequatur.

Quartò , qui auxilium , opem , favorem , aut operam præstant ad causandum abortum , vel instruendo quomodo hoc fieri debeat , vel procurando , aut parando , aut componendo pharmaca , vel potionem , vel pulueres , aut coquendo herbas , vel dando , aut porri-

porrigendo ad comedendum , aut bibendum prædicta , vel quouis alio modo cooperando , si effectus sequatur.

Duo hic animaduertant Confessarij : Alterum est , quod omnes prædicti Operantes , vel Cooperantes ad abortum , effectu secuto , comprehenduntur in hoc Casu , etiam si hoc fecissent , vel ad vitandum scandalum , val etiam ad tuendam vitam , aut honorem prægnantis.

Alterum est , quod quamvis suffocantes filios ex industria , & caulantem , vel concausantes abortum , secuto effectu , sint verè homicidæ voluntarij , tamen ob specialem , & gravem deformitatem , quæ in suffocatione puerorum , & in abortu , superadditur homicidio ; nam per suffocationem privatur innocens vitâ corporali , per abortum verò privatur infantulus & vitâ corporali , & animæ salute ; hic Casus ponitur distinctus à Casu homicidij . Quare Confessarij , qui obtinuerunt , vel obtinebunt in posterum facultatem ab solvendi ab homicidio volunt.

C A S U S.

xxv

i voluntario , sciant , se non posse vigore
j talis facultatis absolvere à suffocatione ,
& abortu in hoc casu comprehensos .

i Octavum Casum incurront , qui
j voluntate deliberata occidunt homi-
nem , non autem qui casualiter , vel ex
c improvisa rixa , vel cum moderamine ,
vel etiam excessu inculpatæ tutelæ oc-
cidit , sicuti nec comprehenduntur
mandantes , aut consulentes homicidi-
um , etiam effectu sequuto .

Complebitur nonus Casus eos , qui
ad Magicas Artes , vel Sortilegia , etiam
absque expressa Dæmonum invocati-
one abutuntur Ven. Eucharistiâ , vel
etiam celebrando , aut celebrari facien-
do , nec non baptizando , aut baptizari
faciendo Magnetem , Chartam , vel ali-
am rem Baptismi incapacem , vel etiam
rebaptizando personam alijs baptiza-
tam , vel adhibendo Olea Sacra , vel
utendo Cereo Paschali , Aquâ , Candelâ ,
Cinere , Olivis , Palmis benedictis , vel
Signo Crucis Reliquijs , Vestibus , Va-
sis , & alijs instrumentis sacris , vel
Pronunciando verba sacra desumpta
ex

ex Missa, Missali Breviario, Sacra Scritura, aut alijs Libris Sacris.

In decimum Casum incidunt Confessarij, qui cum Pœnitente Fœmina copulam habent, etiam opere non consummato. Per Pœnitentem autem suam intelligitur Fœmina illa, cuius Confessionem, vel etiam reconciliacionem Sacramentalem Confessarius, etiam semel tantum, audivit.

Ab his Casibus, ut supra declaratis nullus Sacerdos, sive Secularis, sive Regularis sub prætextu privilegiorum quorumcunque absolvere audeat, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, nec non privationis Officiorum, & dignitatum, aut Beneficiorum, & inhabilitatis ad quæcumque Officia, Prælaturas, & Beneficia in posterum obtainenda, super quibus dispensationem, & absolutionem, non nisi ab Apostolica Sede poterunt obtainere, ex Decreto Clementis Octavi die 9. Jan. 1602. & Urbani Octavi 17 Nov 1623.

Sciant etiam Pœnitentes absolutionem sibi impertitam ab his Casibus esse invalidam, nisi Confessarius, qui eos absolvit, obtinuerit priùs facultatem ab his absolvendi ab Eminentissimo Patriarcha Aquileiensi, ejusq; Successore, vel ejusdem Vicario Generali.

MENDA Emenda

Et quidem primò

IN SEPTIMANA SANCTA

N præfationis linea 33. effusio-
nem, lege affussionem.

Pag. 7. linea 5. meornm , lege
meorum. Pag. 10. lin 5. Domine
Sancto , lege in Sancto. Pag. 31.
lin. ultima , errogantiam , lege ar-
ogantiam. Pag. 39. lin. 15. ipsa,
lege ipse.

Secundò

IN DIRECTORIO CONFES- SARIORUM.

D Ag. 21. lin. 17. vell , lege vel.

Pag. 28 lin. 14. ca attinet ad
bilequentem lineam. stitatis , ut
at castitatis Pag. 30. lin. 23. va-
orum , lege variarum. Pag. 31.
lin. 18. eti , lege etsi. Pag. 32. lin.
6. commurari , lege comutari.
ag. 33. â fine lin. 3. commutaut,

lege commutant. Pag. 46. lin. 21
cederet, lege cederet. Pag. 54.
lin. 11. quidquam, lege quidquam.
Pag. 55. à fine lin. 8. juncta, lege
juxta Pag. 66. lin. 7. Incratus,
lege lucratus. Pag. 80. lin. 8. pre-
scribendis, lege præscribendis.
Pag. 169. à fine lin. 10. anceps,
lege auceps. Pag. 177. lin. 10.
pesronas, lege perlonas.

F I N I S.





